qz largo sumpto vocabulo possūt dici scholares. ō quo vide qō no. in auc. habita. C. ne fi. p pa. ¶ Sz hic querit Jo. an. nunquid dispositio huius. text. habeat locū in alijs studijs. recitat Jnno. t Hosti. t alios fuisse varios. Hosti. tenuit q sic ex quo papa hanc cōstitutionē localē approbauit t confirmauit. nam omnia nostra facim⁹. t̄c. vt in. c. si apostolice. de p̄ben. li. vj. t maxime hodie cum sit redacta ad ius cōe. ar. c. fi. de clādesti. despon. Sed Jnn. t alij tenuerūt ꝓtrariū qō placet Jo. an. nam licz materia hui⁹ cōstitutionis sit fauorabilis. vt cuitentur scandala t pax seruet inter studentes tñ inquantū imponit penā est odiosa t sic restringenda. ponderā hanc rōnem Jo. an. nam sentit aperte q cōstitutio que emanauit p̄cipaliter in fauorē si cōtinet penaz debet restringi. cui⁹ cōtrariū ipse tenet apte in. c. sciant. t in. c. fi. de elec. li. vj. t p illis glo. facit tex. t cōis theorica ibi legistarū. in. l. qui exceptiōz ff. de cōdi. inde. vbi no. q si cōstitutio partim est fauorabilis t ptim odiosa debet attendi t iudicari ꝑz p̄n cipalē intentionē disponentis vt ꝙ intēdebat p̄bere fauorem sit fauorabilis. si odium sit odiosa. ꝙ pōt dici q quatenus cōtinet fauorez debet extēdi. quatenus continet odiū debz restringi. t fuit opi. Bar. in diuersis locis vbi tractat hanc mām. ¶ Jn glo. in ver. sub excōicatiōne. ibi. late sentētie. glo. forte habuit respectū ad verba cōstitutionis legati vbi autē simpliciter apponerenk illa verba p̄cipimus sub excōmunicatione ꝓtrafaciētes nō sūt ipo facto excōicati ꝙ veniunt excōicandi. est eni quedaz cōminatio nisi aliud appareat ex cōiecturis. t ita cōcludit glo. no. que cōiter tenek in. c. vnico. de sagit. t in. c. sicut. el. ij. de simo. t in. c. ij. de ma. cōtracto ꝓtra interdi. eccle. ¶ Jn ea. glo. ibi. sed quare. no. glo. vsqz ad fi. ex qua primo collige q vniuersitas scholariū dicik ecclīastica vel secularis ꝑm qualitatem maioris ptis suppositoz. nam si scholares pro maiori parte sūt clerici iudicāt ecclīastica t sūt sub iurisditōe iudic ecclīastici. si p maiori ptesūt laici ꝭsūt iurisditōi iudic laici. ar. c. qō i dubijs. j. ō ꝑse. ec. vt alta. t ꝭ idē voluit Bar. i. l. fi. ff. ō colle. illi. t pōdera gl. relatam ad tex. qz videk velle q singuli iudicenk ꝑm dispositionē ipius corpis vniuersitatis. nā ista ꝓstitutio ꝓcernit singulos t nō vniuersitatem t tñ vult glo. q oēs t singuli etiā laici ꝓprehendūk ex quo p maiori pte sunt clerici qō est dictū singulare si est verū. ¶ Scōo ex glo. collige q pena apposita in vno ex corrclatiuis nō extendik ad reliquū. nam locator t conductor sunt corrclatiua t tñ vult glo. q pena apposita ꝓductorib⁹ nō extendik ad locatores. ꝙ quidā tenuerūt oppositū p hanc rōnem. nam Bar. voluit in duplici loco ꝛriuz. vt in. l. fi. ff. de accep. t in. l. vltima. C. de indic. vidui. Sed contra illud dictū Bar. t p ista glo. vide aliaz glo. nouncto tex. in cle. vnica. de cōsangui. t affi. vbi apponit penam ꝓhenti mōimoniū cū moniali. t eadē pena replicāt in ipa moniali quasi pena apposita in masculo nō extendak ad ipsā feminā ꝓtrahentem. t vide ibi glo. in verbo cōtrahentes. ꝙ conclude. q aut nō est eadē rō in altero ex corrclatiuis t nō debet pena extendi. vt patet ex no. in. c. sup eo. ō vsu. nā pena apponik danti ad vsurā que non intelligik repetita in accipiente qz nō est eadē rō vt ibi no. sic voluit Bar. in. d. l. vltima. de indi. vidui. lz simpliciter fuit locutus in. l. fi. de accepti. vnde ad casum nostrum dicerē q nō est eadē rō in locatore que est in cōductore qz scholares inter se debēt humanī⁹ se habere t certant ipi de lucro captando t qñqz cōducunt ante tempus hospitiū i alteri⁹ odiū. sed locator certat de dāno vitando qz vult locare rem suam in tpe legitimo nec facik in odium nec ita astrictus sicut scholares inter se. sic intelligo opi. illoz qui voluerūt dicere istā decre. extēdi ad locatores ꝓpter theoricā Bart. Aut est eadē rō vtputa vt frumētū nō extrahak de ciuitate ponik pena vendenti frumētū forēsi. nunquid pena intelligāk in emptore repetita. t est dubiū satis ꝓbabile. sed crederem q extendak dispositio statuti sed nō pena. sicut in simili dixit singulariter Jo. an. in. c. dispēdia de rescrip. li. vj. vbi dicit q ex idētitate rōnis debet extēdi cōstitutio ꝙ nō pena cōstitutionis t sic ꝓtrafaciens inuoluik peccato ꝙ nō pena cōstitutiōis. et facit de pe. di. j. pene. vbi tex. dicit q pena nō debz excedere casum ꝓpriū. dixit tñ Hosti. q locatores incidunt in excōicationē ex alio respectu q cōicāt criminoso in crimine dānato. vt in. d. c. si cōcubine. ꝙ hoc dictū Hosti. nō vsqquaqz ē verū. nam cōicans in ipo actu p quē qs incurrit in excōicationē nō inuoluik in excōicatione qz adhuc alius nō est excōicatus sed oportet q actus ꝓius pficiatur t tūc cōmunicans illi in crimine dānato inuoluik eadē excōmunicatione. t sic debet intelligi. c. si cōcubine. ita cōmuniter tenek in. c. contingit. de sen. excō. et p Jo. an. in regula cui licet. de re. iu. li. vj. i mercu. vide gl. in. d. de. j. in. ō. moniales. sed posset saluari dictū Hosti. qñ locator peruenit ad actū locationis qz excōicatio hic infligik p solo ꝓtractu de conducendo vt patet ibi hospitē cōuenire. qz exponik i. cū ipo tractare de cōducendo. ¶ Jn glo. fi. in fi. de ꝭ vide qō dixi in. c. ij. de cōsti. t pōt teneri qō. ꝑ. dixi in quodā notabili respectu ipoz scholariū. ¶ Sz op. t videk q hec cōstitutio sit multū dānosa vt debeat qs expectare ꝓductā finitā cū forte conductor nō reperiet hospitiū nec locator ad locandum. Jo. an. ꝓpter hāc absurditatē dicit tex. debere intelligi de tpe cōductionis fiende. nō autē ꝓductionis iam facte hīs respectū ad statuta quoz̄dā locoz̄ qb⁹ cauetur vt in certo tpe puta q duos menses ante fi nē ꝓductiōis dom⁹ locek t inqlin⁹ dz pādere aium suū. ꝙ ꝭ mihi nō placz qz ꝓstitutio generalis nō dz restrigi ꝓpter ꝓstitutionē municipalē q ē tpalis. Jtē frustra exigeret ꝭ ꝓsensus inqlini. Nec ob. absurditas qz locator pōt alteri ꝑz scholari locare. Jtē potest habere cōsensū inquilini sed credo q sup ꝭ. c. emanauit illud statutum qō est Bonosi. de conducendis domibus in certo tempore. t̄c.

¶ Estra. Persone ecclīastice locare possunt puentus decimaruz his cū quibus cōditio ecclesie fit melioz statuto dioc̄sani ꝓrio nō obstante. t eadem rōne de alijs

rebus ecclesie. Primo ponit decisio et monachorum querela. Secundo ibidem cum determinatione ibi. diocesanorum. ¶ Nota primo ex tex. iuncta glo. prima. q eps non potest facere statutum in preiudicium iuris inferiorum ecclesiarum. qd bene no. qd intellige cā maxia nō vrgente. ad hoc qd no. in. c. constitutus. de relig. domi. et in. c. j. de reb' eccle. nō alie. li. vj. ¶ No. secūdo q res pcedit ad firmā cū cōcedit ad annuum censum seu locatur et est vulgare anglicorū. ¶ No. q fructus decimarū possunt locari seu concedi ad annuū censum etiā laicis. ¶ Nota ibi libere. q bēficiatus potest locare redditus ecclesie sue sine licētia superioris. credo q p illud verbū libere q nō valeat statutū epi in cōtrarium. nā de significatione hui' verbi libere est vt nō exigat pensus alteri'. vt no. i c. de multa de pben. et in. c. licet eps. e. ti. li. vj. et itelligē de locatione facta ad nō magnū temp'. puta p nouem annis. ad q vide tex. cū glo. in cle. j. de reb' ecce. nō alie. ¶ Nota vltimo ar. q phibita alienatione videt phibita locatio ad maximū tēpus. sed Accur. aliud sentit in. l. codicill. §. instituto. ff. de lega. ij. sed vide bo. glo. in. d. cle. j. ¶ Sed ꝯ hoc op. et cōtra tex. nam eps habet ptātem cōdendi statuta in dioceſi sua. vt in. c. ij. de cōsti. li. vj. plene no. per Jo. an. in. c. fi. de offi. archi. ergo istud statutum debet valere. Glo. j. tacite sentit ptrarium sed clarius Inno. soluendo dicit q in spectantib' ad iurisditionē suam potest eps facere statutum qr nemini fit iniuriā. sed quatenus vult tangere iura aliorum i eorum preiudiciū nō potest. et ita notabiliter loquit iste tex. sed oportet q illi de quorū preiudicio agit consentiant vel saltem sint pentes. dicit Jo. an. q ex his verbis Inn. sentit taciturnitatē habēdam p cōsensu. qd tū nō videt procedere i re onerosa. vt no. Inno. in. c. i genesi. de ele. et sic sentit Jo. an. q in casu istius. c. taciturnitas istorum inferiorū nō debet haberi p cōsensu. Sed saluando Inno. dico q ex quo isti vocant vt psentiant vel ꝯdicant et tacent habēt p cōsentientib'. iuxta no. dictū Inno. in. c. j. de his q fiūt a ma. par. ca. et facit. l. de etate. §. qui tacuit. ff. de interro. ac. et. c. si post pstitum de confes. li. vj. et vide Inno. in. d. c. fi. de offi. leg. vbi in legato dicit idem qd in epo. hic. et sequit Fre. consilio. xvj.

Propter pter sterilitatē grauē conductor sine culpa sua cōtingentē remittit pensio p rata nisi possit cū vbertate pcedentis vel sequētis tēporis compensari. hoc primo vsq; ad §. verum. vbi ponūtur quattuor casus in quibus inquilinus pōt ante tempus cōductionis finite licite expelli. et duo sunt dicta que patent in tex. ¶ No. primo q sterilitas ptingens sine culpa coloni inducit in ptractu locatiōis remissionē pensionis p rata. secus in ptractu vēditionis. nam venditiōe pfecta periculū rei vēdite pertinet solū ad emptorē. nec est fienda aliqua remissio etiā si nūq; possessio fuisset tradita emptori ex quo nō defecit p venditorē quo min' eā fuisset apprehēsus. vt. l. necessario. ff. de peri. et com. rei ven. Item aliud in contractu emphiteoticario. qr fm cōem sententiam nō fit ibi remissio propter sterilitatem. vt no. j. c. proxi. vbi dicam. ¶ Nota secundo q vbertas precedentis vel subsequentis anni compensat cum sterilitate vt sic nulla remissio fiat. et videt tex. innuere q cum vbertate interpollati anni nō sit fiēda compensatio qd tenuerunt quidā. sed cōmunit oppositum tenetur. satis eni est q durante cōductione ante vel postea contingat vbertas. qz eadem ē rō in vtroq; et pro hoc. l. si vno. ff. eo. ti. ¶ No. tertio ar. ex tex. q pensio est soluenda in contractu locationis in fine temporis. hoc colligitur multū caute ex tex. in eo q dicit de remissione fienda propter sterilitatem. nam sterilitas patet in fine anni. et tex. loquit de remissione et nō restitutione. vnde si pensio fuisset in principio soluta dixisset tex. q ē fienda restitutio pro rata. de quo. j. latius dicam. ¶ Quarto colligitur aliud ar. q ppter vbertatē fructuū nō tenet colonus soluere maiorem pensionē seu mercedē. nam si teneret augmētare nō fieret cōpensatio cuz sterilitate precedenti § maior solutio iure vbertatis. et de hoc etiā. j. dicam. ¶ No. in. §. verum. q inquilinus dicitur cōductor rei vrbane. colon' vero rei rustice. ¶ Item no. q ex cā necessaria superuenienti potest dñs licentiare inquilinū ante temp' cōductionis finite. ¶ Et nota duo exempla huius necessitatis. Primo qñ domus indiget refectione. Scdo qñ ipse dñs vult in ea habitare ex necessitate supuenienti. et intelligit qñ sue necessitati aliter prouideri nō potest. vt no. in. l. eden. C. e. Item probat iste tex. in verbo si necessitas. nam nō diceret dñs necessitatus si aliter cōmode posset sibi prouideri. nā necessitas nō subijcitur legi. vt in. c. quāto. de consue. ¶ Et ex hoc no. singulariter ptractū dissolui. pter necessitatem seu causam supuenientem altero etiam inuito. qd est contra regulam traditam in. l. sic. C. de acti. et obli. vbi dicitur q contract' q a pncipio est voluntarius ex postfacto est necessitatis.

¶ Quid autē ecōtra nunquid possit inquilin' ex causa dimittere domum inuito domino. Jo. an. q sic. ad hoc. l. j. ff. de migrando. et vide glo. que b tenet in. l. si in lege. ff. loca. ¶ Sed est dubium nūqd propter pestē supuenientem possit inquilin' dimittere domū conductam. et certe sic. facit iste tex. naz si propter necessitatē superuenientē potest dominus expellere inquilinum. ita et inquilinus domuz dimittere. nam magna necessitas videt timor mortis. ad hoc. l. de etate. ff. ad trebel. vbi voluit Bar. q est licita cā nō cōparendi in iudicio et per consequens se absentandi. et optime facit tex. in. l. habitatores. ff. eo. in practica tamē vix potest obtineri tamē qd dixi est satis rōnabile. ¶ No. ibi. nō imminebat. q necessitas excusat qñ non imminebat tpe locationis. et facit iste tex. q ꝯhens cum homine pax diuite vel qui labit in facultatibus seu male vtitur substantia sua nō pōt postmodum facere capi euz tanq; suspectum de fuga cū cōditio illius esset sibi satis nota tempore cōtractus. ad hoc. l. ait ptor. §. si debitorē. et qd ibi le. et no. ff. de his q in frau. cre. et l. creditor. ff. de priui. credi. ¶ No. vltimo q ex nō solutione pensionis nō pōt inquilinus expelli nisi

destiterit a solutione p bienniū. ꝛ qō videt tex. i. d. l. edem. vbi a ꝛrio colligit q si nō soluit pensionem pōt expelli. Sed cōclude aut locatio fuit facta ad lōgum tempus aut ad modicū. Primo casu aut constituta fuit vna pensio p toto tēpore et potest expelli si nō soluit in tpe cōuento quia si nō seruat legez ꝛctus nō est seruāda fides. ar. i. l. iulian⁹. §. offerri ff. ō ac. emp. t ven. t pcedit hoc casu tex. i. d. l. edē. aut pensio est cōstituta singulis annis t habet locū iste tex. qō pcedit etiā si fuit actū inter cōtrahentes vt nō possit expelli durante tpe. naz debet intelligi eo soluente pensionem. vt est tex. in. l. quero. §. inq locatoꝛē. ff. eo. Ex quo collige q i b casu nō ē differentia iter ius ciuile t ius canonicū. nā fm vtrūq; ius reqritur bienniū secus in contractu emphiteutico vt dicit in. c. se. Secūdo mēbro principali quā do locatio fuit facta ad modicū temp⁹ nō est necesse expectare bienniū sed si nō soluit pēsionē tpe debito pōt expelli etiā ppria auctoꝛitate dñi. ar. in. d. l. edem. Et nō diuersitatis ē inter hunc casum t precedentē. q hoc casu non habet inquilinus ius imo nec possessionē. vnde si expellit noīe nō petit sibi aliqō interdictū ꝓpria dñm. ad hoc. l. colonus. ff. de vi t vi ar. sed in precedēti casu colonus possidet t habet pinguius ius. ad b. l. ij. ff. si ager vect. ideo nō pōt sic repente expelli sed expectatur p bienniū. potest tamē dñs agere actione locati ad recipienduz pensionē tēpore debito. ¶ In glo. j. ibi vt fructus etiā seminis. hec opinio est magis rigida. vnde cōmuniter nō tenet vt necessario exigatur tanta sterilitas vt fructus seminis nō potuerit recolligi. t iudicio meo aperte cōfunditur per istum tex. nam hoc casu nō fieret remissio pensionis p rata § in totum ex quo nihil recolligit. nam verbuz p rata denotat particulare dānum t nō cōsumptionē in totū. ¶ Secūda opi. extra glo. ē vt stetur opi. vulgari qī dicit magna sterilitas. ar. in. l. cū delationis §. asinam. ff. de fun. instruc. t ex his que no. in. c. ex litteris. de spon. t satis potest hec opi. sustentari ex quo lex nō determinat. ¶ Tertia opi. q si vltra dimidiā iusti precij est lesus cōductoꝛ fit remissio p rata. hanc opi. tenuit Ly. in. l. licet. C. eo. t expssius ibi Bar. nā cū sit contractus bone fidei bona fides nō patit cōductoꝛē debere sine culpa sustinere tantū damnū. sed Bar. in. l. si merces. in. §. vis maioꝛ posuit aliā opi. dicēs tūc eē magnā sterilitatem ob quā est facienda remissio qī deductis sumptib⁹ nihil percipit colonus. mouet hac ꝓsideratione. conductoꝛ videtur tacite emere fructus futuros sub q̄ dam cōditione si nascent sed emptoꝛ fructuū futuroꝛū nō tenet ad preciū si fructus nō nascunt. l. si debitoꝛ. ff. de ꝛben. emp. g nec iste cōductoꝛ. nec dicitur fruct⁹ nisi qō supest dedu ctis expensis. l. fructus. ff. so. ma. § certe hec opi. mihi nō placz. t apte videt ꝓfundi p istum tex. dī dicit q p rata dāni est fienda remissio. sed si preter sumptus nihil colligit nō potest haberi cōsideratio ad ratam damni. Itē si equipararetur venditioni t videatur facta locatio sub certa conditione nihil deberet solui si nihil recolligit. ar. in. d. l. si debitoꝛ. cuius cōtrarium innuit iste tex. dī dicit p rata. t iō alia opi. Bar. est melioꝛ quā posuit in. d. l. licet. t Jo. an. videtur fouere illā opi. dī ponit exemplū in eo qui p tribus sextarijs terre erat solidus recolligere. xv. t soluebat domino tres aureos. si colligit tñ decē soluat duos aureos. sed si anno sequēti recolligit triginta fit cōpensatio. t hoc mihi placet vt magnū incōmodū dicat qī vix recolligit tertiā partem soliti.

Jn ea. glo. ibi. t nō de partiario. t ē rō. q colonus partiari⁹ qui dicit mediari⁹ est quasi socius lucri. vñ lucra t dāna sunt eis cōia. t ita apte dicit tex. in §. vis maioꝛ. Vnde scias q qīcz colonus colit pciendo certā quotā puta tertiā partē vel medietatem t iste ppie nō dicitur ꝛductoꝛ sed potius accedit ad māteriā societatis. vnde iura loquēcia de societate dissoluenda habēt locū in isto. ita no. Bar. in. d. §. vis maioꝛ. qō ē bñ notādū. vt p mortē alterius dissoluat hec societas nec transit in heredē. l. iij. t in. l. nemo pōt. ff. ꝓ socio. Qīcz colon⁹ colit certa merced e cōstituta in pecunia. t iste ꝓpe dicit cōductoꝛ. t cōtrahit vera locatio. l. si merces. ff. c. t habet locū iste. tex. Qīcz colit mercede ꝓstituta nō in pecunia sed in alia specie puta p modio frumenti t ppie nō cōtrahit h locatio § est quidaz cōtractus innominatus. vnde nō est locatio ppie nisi interueniat pecunia numerata sed ē quasi locatio. ita no. voluit glo. in. l. si olei. C. eo. t videtur tex. in. l. j. §. si qs. ff. depositi. t apte tenuit Bar. in. d. §. vis maioꝛ. sed quo ad casū nostrū iudicabit vt locatio ꝓpter vicinitatē t similitudinē. t h no. voluit glo. ista dī dicit dando certos coꝛbes qō bene no.

¶ Et ex hoc infero ad aliud dictū no. q in materia stricta appellationē locatiōis nō veniat iste ꝓtract⁹. q debemus verba ppria capere. l. iij. §. hec verba ff. de nego. gest. t in. c. in nra. de iniur. ¶ Jn glo. in. ꝛ. quer se in fi. h pcedit fm Jo. an. t bñ qī quer se versat dānum dādo vt si tenet porcos in solario vel aliter dānificet domū. nā tunc ageret ad dānū § remissio fit p residuo tpis. sed si quer se se haberet in domo sine dāno puta tenendo pstibulum vel lu dī vel exercendo vsurā tunc pōt repelli nō remissa sibi pensione p rata q dñs nō debet sentire h dānum ex culpa inquilini als nō q nō potest expellere ante tēp⁹. ar. h. t qō dixi. ē. t no. i spe. c. ti. §. postq ꝛ. sed nunqd. ¶ Jn glo. in ver. canonē. ibi. vel etiaz minus. hoc nō procedit q si cōductio ē facta ad nō longū tempus pōt expelli nō expectato bienio. vt. ē. dixi. t longū tēpus dicit. x. annoꝝ t non minus. vt no. in cle. j. de reb⁹ eccl. nō alie. t in. l. de quibus. ff. de legi. ¶ Sed queriť quo tpe est solue da pensio p rē locata. cōiter dicit hic. t in. l. edem. ꝑalle. vbi bo. glo. q aut fuit cōuentū de tpe t stādū est cōuentioni. aut nihil fuit dictū t cōsiderať mos t ꝓsuetudo loci seu lex municipal. ar. i. l. ij. C. de iure emphi. si ꝛo nō apparet de ꝓsuetudine fit solutio in fine anni. ar. hic. t in. l. in stipulationibus. ff. de reg. iur. ¶ Sed dubiū est quid in alio ꝓtractu vbi quis obligauit se ad certū quid faciendum p certa

mercede nunquid solutio mercedis sit differenda in fine ex quo nihil aperte fuit cõuentũ. de quo hic per Inno. ⁊ clarius p glo. ⁊ Bart. i. d. l. edem. ⁊ cõclude q inspicienda est cã quare donat merces. nã si donat p sumptib⁹ debet fieri solutio in principio qz videt hoc tacite actũ. si autẽ solut p laboze seu p remuneratione debet ꝓsiderari qualitas psone. nam si obligauit se p mille edificare palatium vel cãpanile vel quid sile. tunc verisile est q senserit vt successiue habeat certã partem pecunie si nõ possz aliter cõmode sustentare se. vbi autẽ cessaret h̃ consideratio vel similis ẽ fienda solutio in fi. ar. in. d. l. semper in stipulationib⁹. ⁊ vide ad materiã quod no. Bar. in. l. j. ff. de varijs ⁊ extraor. cogni. Sed quero nunquid debeat augmentari pen⁹o propt vbertatẽ sicut fit remissio ⁊ diminutio propter sterilitatẽ. cõclude ex no. hic. ⁊ in. d. §. vis maioz. q aut vbertas cõtingit qz fructus multũ valẽt vltra solitum ⁊ nõ debet fieri augmẽtatio nec diminutio p̃ter vtilitatẽ precij qz cõtractus recipit substantiam suã ⁊ conditio tacita est purificata collectis fructib⁹ Aut vbertas contingit propter industriam coloni ⁊ nõ debet augmentari ne sua diligentia sibi sit dãnosa. ar. in. l. fi. C. de alluuionib⁹. Aut cõtingit propter bonitatem rei. ⁊ etiã nõ fit augmentatio qz dominus locauit bonitatẽ rei meliozi p̃cio q̃ potuit. Aut cõtingit casu fortuito. puta locaui molendinũ ex quo cõductor solebat p̃cipere quinquaginta. nũc aũt ex alia molendina sunt ruinata vel quid simile recipit centũ hoc casu fienda est augmentatio pensionis pro rata. nam sicut propt casum fortuitum cõtingentẽ fit remissio vt hic ita debet fieri augmentatio propter vbertatẽ cõtingentẽ casu fortuito. qz cõtrariozũ eadem ẽ dispositio. xxxij. di. hospitiolũ l. j. ff. de his qui sunt sui vel alic. iuris.

Potuit. Emphiteota ecclesie meliozationes suas vendere nõ põt nisi seruatis his de quibus hic. ⁊ si contra fecerit vel canonẽ p biennũ nõ soluerit nec mozaz postea celeriter purgauerit iuste põt expelli. Et primo ponit req̃sita vt ius emphiteoticũ possit vẽdi. Secũdo ꝓfaciẽtes punit. ibi. emphiteota. Tertio soluit obstaculum. ibi. nõ obstante. ¶ Nota primo multa requisita ad hoc vt emphiteota possit vẽdere ius sibi cõpetens ⁊ meliorationes suas. Nã primo requiritur dñs emphiteote si velit emere. Secũdo vt denũcier precium sibi ab alijs oblatũ. Tertio q illud sit verum p̃cium nõ aũt fictũ ⁊ simulatũ vt in. l. fi. C. eo. Quarto q si non dixit se velle emere expectet p spatium duoz mensiũ. Quinto q vẽdat psonis nõ phibitis. Sexto q nõ vendat rẽ ipsã § dominiũ vtile sibi cõpetens ⁊ meliorationes q̃s fecit in illa re. Septimo requirit vt prius non ceciderit a iure suo puta differendo solutionẽ vltra biennium. Et ex his dictis ⁊ ex tex. no. ar. q sine consensu domini põt emphiteota ius suũ exponere venale. nam si priusq̃ requirat dñm non posset exponere venale nõ valeret sibi denunciare preciuz qõ ab alijs offertur. ¶ Nota q si datur alicui termin⁹ ad declarandum voluntatem suam si ante elapsuz terminũ expresse declarat cessat p̃fixio termini. ad hoc. c. ab eo. de appella. li. vj. ⁊ hoc quia cessat ratio prefixionis termini. ex quo infertur q cessante causa termini cessat ipse terminus. ad hoc. l. fi. ff. ad. l. fal. ¶ Item nota q ius emphiteoticuz prohibetur vendi quibusdam psonis nõ tamen iure est expssũ que sunt ille persone sed attendit ius municipale. vel pactum appositum in ipso contractu vt innuit tex. in. l. fi. prealleg. ⁊ dic vt. j. dicetur cum glo. Item nota q vbi dies imponitur ad aliquid faciẽdũ nõ est opuz interpellatione ad mozã cõtrahendam sed lapsus termini constituit illuz in mozam qz dies statuta interpellat pro homine. concordat. l. magnam. C. de contraben. ⁊ cõmittẽ. stipula. ⁊ ad hoc allegatur quotidie iste text. ¶ Nota q moza potest purgari etiam in dispositione penali. § posset dicit q h̃ pena nõ cõmittit ipso facto sed relinq̃tur voluntati domini vtrũ velit ex hoc repellere emphiteotam. nõ autẽ ex nõ solutõe dissoluit emphiteosis ipso facto vt patet ibi iuste potuisset expelli qõ sentit h̃ Inno. vbi autẽ quis incideret in penaz ipso facto nõ posset regulariter sibi cõsulere etiam celeriter. pro hoc vide bo. tex. in. c. licet. de suplen. negli. prela. vbi patet q si habens collationẽ beneficij non confert infra semestre nõ potest postea cõferre etiam si incõtinenti vellet prouidere qz ius ẽ alteri quesituz. ⁊ de hac materia an ⁊ qñ moza possit purgari. vide qõ no. in regula moza. de reg. iu. in. vj. plene per legistas. in. l. insulam. ff. ō verbo. obli. ¶ In glo. j. in fi. no. primo ex glo. q decretal debet tractare materiam competẽtẽ rubzo als nõ esset congrue situata. ¶ Secundo nota ex gl. q in contractu emphiteotico debet aliquid dari in principio. dicunt tamẽ cõmuniter docto. hoc non esse necessarium. ad hoc qõ habetur in auẽ. de alie. emphi. circa principium. ⁊ per Ly. ⁊ alios in. l. j. C. de iure emphi. ¶ Extra glo. assignant multe alie differentie inter contractum istum ⁊ contractũ locationis seu emptionis ⁊ venditionis. quas vide i spe. eo. ti. §. nunc aliqua. post principium. ⁊ ibi tractat vnde habuit originem ille contractus ⁊ naturam illius ⁊ ponit ibi spe. vltra centum ⁊ sexaginta questiones ō materia huius cõtractus. ⁊ inter ceteras differentias dicũt aliqui q in isto cõtractu requirit scriptura. per. l. j. C. ō iure emphi. qõ sentit ibi. gl. et expresse hic Jo. an. sed Bar. ibi dicit hoc nõ esse necessarium qz cõsuetudo habet oppositum. h̃ etiã sequit hic dominus An. ⁊ vide casus in quib⁹ requritur scriptura in glo. no. in. c. j. de censi. li. vj. Et ẽ proprie emphiteosis ꝓtractus per quẽ transfertur dominiũ in emphiteotã retento dominio directo apud ipsum dominũ ⁊ aliquid soluit singulis annis ipsi dño. l. j. ff. si ager vecti. ⁊ ẽ emphiteosis nomẽ grecũ ⁊ latine idẽ ẽ qõ ꝓmeliozatio. ⁊ sic dicit q emphiteota recipit rẽ meliozãdã. hinc ꝛ in tex. euz vendere posse meliorationes suas ⁊ ius emphiteoticum sibi ꝓpetens. ¶ In glo. in verbo alijs vendẽ i fi. no. gl. nam. Uin. ⁊ quidã tenuerũt ꝛ priuz. § Ly. in. d. l. fi. ⁊ Jo. an. hic sequunt hanc vltimam opi.

glo. ꝛ mouetur Jo. an. hac ratione. nam venditor habet solū ad p̄uz affectionē. vnde satis est sibi q̄ precium cōsequat a domino. ꝛ ideo cum nullū int esse possit pretendere. ar. in. l. nūmis. ff. de in litem iuran. voluit ius vt potius vēdat dño q̄z extraneo sed in donatione donator habuit respectū ad personam. nam forte vult donare vni p̄opter merita sua vel vt illum sibi obliget. que ratio cessat in dño q̄ nō habet illā affectionem. sed Bar. i. d. l. fi. tenuit cōtrariū. dicit enim q̄ licet emphiteota fisci seu reipublice possit donare nō tamē emphiteota p̄uati q̄ fiscus potest ius suū petere a quācūq̄ persona. ꝛ sic loquitur. l. prealle. in glo. sed p̄uata persona nō posset petere pensionē a donatario cū non cōtraxerit cum eo sed habet necesse agere rei vendicatione. Aduerte quia tenendo hanc opi. Bar. posset dici q̄ emphiteota ecclesie posset alij donare q̄ ecclesia cōparatur fisco i p̄uilegijs suis. iuxta no. in. c. ⁊. de in integ. resti. ꝛ in. l. fi. C. de sac. sanc. eccl. sed posset attentari generaliter q̄ opi. huius gl. sit verior saltem quādo fit cum consensu domini seu cum donatur saluo iure dñi. nam res transit cum onere suo. ad hoc. l. vectigal. ff. de pigno. ꝛ. c. ex litteris. j. de pigno. ꝛ vide de materia per spe. in. d. §. nunc aliqua. ver. cvij. vbi refert opi. q̄ emphiteota ecclesie nō pōt alteri donare q̄ non potest alienare rem ecclesie sine solēnitate. sed hec opi. reprobatur hic per Jo. an. q̄ nō alienat hoc casu ius ecclesie sed ius cōpetens emphiteote. Et adduco p̄o p̄ima cōclusione hanc rōnem vbicunq̄ p̄hibet vēditio facta cōmemoratione p̄cij nō intelligit ꝺ alia specie alienationis. vt p̄bat in. l. fi. C. de p̄ed̄is curia. li. x. sed in tex. isto. ꝛ in. l. fi. eo. ti. fit cōmemoratio p̄cij ergo debet intelligi de venditione stricte sūpta. ꝛ per hoc infert q̄ possit alteri legare vel cum alia re permutare. ¶ Jn glo. in verbo ꝓhibent in fi. nota glo. q̄ ecclesia censet ꝓhibita ab emptōe rei emphiteoticarie p̄uati quasi sit lōge potentior q̄z sit p̄uata persona. vnde deteriorare cōditio dñi si fieret alienatio in ecclesiam. ꝛ dicūt quidā q̄ si res emphiteoticaria p̄uati donat vel legat ecclesie solum debet inde recipere p̄cium ꝛ nō tenere cū p̄eiudicio dñi. ꝛ p̄o hac rōne dicit Hosti. q̄ ecclia deberet excipere personas seculares a consecutione sue emphiteosis. sicut p̄sone seculares excipiunt ecclesiam. tñ in hoc nō perseuerat. sed cōclude q̄ ille p̄sone censentur p̄hibite ex quibus cōditio domini possit deteriorari vt q̄ sunt lōge potentiores illo cum quo ecclesia cōtraxit vel pauperiores longe ꝛ sic etiā femina censet ꝓhibita. ꝛ vide qō habetur C. locati. l. curiales. ꝛ. l. milites. ꝛ in. x. colla. ꝺ feu. alie. vbi vide. ¶ Jn glo. in verbo bienniuz. nō. bñ glo. quia hec clausula rato manente pacto frequētatur hodie in multis cōtractibus ꝛ solum operat respectu seruantis cōtractū. nō enim potest se fundare ex cōtractu qui venit cōtra illū. ar. i regula ex eo de reg. iur. li. vj. ꝛ idem q̄ ista glo. tenent Ly. ꝛ glo. in. d. l. ij. ꝛ cōiter sequūtur doc. ꝛ sic intellige no. in c. dilecti. de arbi. ¶ Jn glo. in ver. celeri in fi. Jnn. dicit q̄ celeriter dicitur satisfacere si exactus in iudicio vel extra soluit sine p̄fixione termini ꝛ multo celerius si nullā expectat interpellationez sed sponte soluit. Hosti. cōsuluit vt nō expectet requisitio. ꝛ mihi multū placet opi. huius glo. nam alia verba posita in tex. ibi sibi cōsulere studuisset denotāt vt sine aliqua req̄sitione ipemet sibi celeriter cōsulat. ꝛ iō bonus iudex arbitrabit̄ q̄n dicit celeriter sibi p̄uidisse post bienniū. dicit enim modicū temp⁹ vt dicitur in glo. ꝛ vide in. l. si ita quis. §. si tractura. ff. de ꝛbo. obli. vbi tex. dicit statim. ꝛ ibi dicit q̄ cōiter iudicis arbitrio relinquit. ꝛ q̄z ille ē optimus tex. in materia. ¶ Jn gl. in verbo potuisset. ibi sine auctoritate iudicis. iunge hic finem glo. vbi dicit q̄ ꝛz dominus possit ꝓp̄ria auctē expellere emphiteotam eo casu quo nō soluit p bienniū. nō tñ hoc pōt si vēdidit eo irrequisito tunc etiā debz adiri iudex. ꝛ p̄o hoc facit q̄z ex sola venditione nō videt emphiteota incidere in penā §̄ secuta traditione fm quosdaz. ꝛ iō cū nō posset rem tradere nō posset expelli ꝓp̄ria auctē dñi ꝛ si in aliū transtulit non debet expellere extraneū auctē ꝓp̄ria. ar. in. l. i singulis. ff. de reg. iur. ꝛ in. l. colonus. ff. de vi ꝛ vi ar. ꝛ ita loquit Accur. sicut ista gl. in. d. l. fi. sed Ly. post Accur. ibi dicit hoc verū ē in emphiteota. sed in colono posset admitti. q̄z colonus nō habet ius in re merito pōt expelli ꝓp̄ria auctē si nō soluit debito tpe. vt in. c. p̄cedenti. sed emphiteota habet ius in re. vt in. l. j. ff si ager vecti. ꝛ hic ideo nō debet ꝓp̄ria auctoritate expelli. facit qō in filij no. in. l. creditores. C. q̄z pig. hec opi. tutior est maxime p̄opter scandala que inde sequi possent. nunquid hoc casu emphiteota p̄dit meliorationes suas. dicas q̄ sic. ꝛ. q. ij. hoc ius. ver. qui rem. ꝛ in. l. ij. C. e. ¶ Jn ea. glo. ibi ꝛ si vna cerdos. nota gl. singulariter in eo q̄ innuit q̄ respectu locationis seu alienationis vel alteri⁹ cōtractus tantam potestatem habet rector capelle solus quantam habet p̄elatus ecclesie collegiate cū collegio. ꝛz quo ad principalē. q. huius glo. conclude latius capiendo no. hic ꝛ in. d. l. fi. q̄ aut dñs p̄imo expulit ꝛ postea petit pensionē p̄teriti tp̄is. ꝛ pōt q̄z tenet emphiteota soluere ꝓ p̄terito tpe. vt in. d. ꝺ. qui rem. Aut p̄ius recipit pensionez ꝛ postea vult expellere ꝛ tunc si recipit pensionē p̄o tempore p⁹ morā cōtractā nō potest expellere q̄z videt renunciasse iuri suo p actū cōtrarium. ar. in. c. sollicitudinem de ap. Aut recipit pensionem ꝓ p̄terito tpe et si cū p̄testatione vt saluū sit ius suum in expellēdo ꝛ potest expellere q̄z nulla contrarietas hic resultat cū possit vtrūq̄ hoc facere vt etiam dixi. Aut non fuit p̄otestatus sed simpliciter recipit pensionē p̄teriti temp̄is. ꝛ hic sunt opi. quidaz tenuerunt q̄ non possit expellere quasi voluerit dominus pati illum moram suam purgare vt dicit ista glo. ꝛ idez tenet Ly. in. d. l. ij. Alij contra. q̄z nō est act⁹ iste contrarius intentioni sue. ꝛ hanc opi. credo veriorem de subtilitate iuris quia in dubio nō p̄sumit q̄s velle renunciare iuri suo. vt in. c. super hoc. de renun. ꝛ. l. cum de indebito. ff. de ꝓba. ex quo ergo receptio pensionis necessario nō infert dñm voluisse ap̄probare emphiteotā nō debemus p̄sumere ꝺ

in preiudicium dñi. sic in simili dicit glo. si trado tibi pecuniam dicendo tolle nō presumit simpliciter donatio sed potius mutuū vel depositum nisi aliud suaserit qualitas persone. vt dicit glo. singula. in. l. cum quid. ff. si cer. peta. ita in proposito nō debet p̄sumi q̄ dom⁹ voluerit approbare emphiteotam sed potius capere pecuniam sibi debitā. t fac̄ qō in simili habet in. c. cum. ab. de consti. t quod no. glo. insti. si quadru. pau. feci. di. in. fi. t Inn. in c. fi. de collu. dete. t respectu ecclesie nō videt gl. verum dicere. q̄ nō videt⁹ in h̄ differentia inter ecclesiam t priuatum. vnde solus prelatus in h̄ pōt preiudicare ecclesie. q̄ nō tractam⁹ hic de alienando sed de nō acquirendo. naz vt supra dixi emphiteota nō cadit ipso facto a iure suo sed potest repelli. vnde si prelatus recipit pensionez pro futuro tēpore nō dicitur alienare sed ecclesie non acquirere t in nō acquirendo solus prelatus potest conditionem ecclesie facere deteriorem. vtile bo. glo. xv. q. j. §. vltimo. sentit Inno. in. c. ij. de dona. t in. c. q̄m de deci. ¶ In eadē glo. ibi clade vel casmate perierit. tē. nota glo. vsq̄ ad finez. clades propie ē pestis vel interemptio per gladium. sed hic ponit p quadam interemptione. casmate vero ponit p terremotu seu fractione. Ex ista glo. habes duas conclusiones. ¶ Nota primā q̄ propter damnum rei emphiteoticarie nō liberatur emphiteota a pensione nec a parte pensionis nisi tota res perierit. arg. in. l. j. C. eo. hec opi. est cōmunior licet aliqui teneruntp primā partem glo. Et est rō q̄ emphiteota solvit pensionē in recognitionē dominij directi q̄ō remansit penes dñm ideo q̄diu durat substantia sp subest causa soluendi pensionem l̄z Bar. in. d. l. j. dicit se h̄ intelligere q̄n emphiteota potuit tantum recolligere q̄ potest soluere pensionem. sed hoc dictum nullo iure p̄bat nec puto verum. nam fm h̄ nō eēt differentia inter emphiteotā t colonuz. t vide in spe. in. d. §. nunc aliqua. ẋ. cxvij. ¶ Secunda cōclusio est q̄ propter sterilitatē p̄tingentem in fructibus quātūcunq̄ maxima nō fit remissio emphiteote propter dānum licet aliud sit in colono. vt in c. s̄. proxi. sed emphiteota soluit in recognitionem dominij. vt. s̄. dixi. Et rō diuersitatis q̄ colon⁹ videt cōduxisse sub quadā tacita cōditione fructuuz futurorum t ideo deficientibus fructibus fit remissio pro rata. vt latius dixi. s̄. c. pr. sed emphiteota soluit in recognitionē dñij vt. s̄. dixi. t propt̄ h̄ emphiteota solet longe minus soluere q̄ colon⁹. x. q. ij. hocius. vnde ad vtrancz conclusionē solent dari versus. Si res perit tota liberabit emphiteota. Sz si p parte nulla liberatur arte. Et faciunt h̄ ad qōnem notabilem t quotidianam. fundus dat⁹ in emphiteosim nō potest coli ppter guerram nūqd teneat emphiteota soluere hoc tpe pensionē. cōis opi. legistaz in. d. l. j. ē q̄ nō q̄ ius equiparat fūdū inundatum esse vel captum ab hostibus. vt in. l. cū domus. ff. de bo. auc. iudi. possi. sed fundus inundatus est deperdit⁹. l. iij. ff. de acqui. pos. ergo t captus ab hostibus. Cōtrariū i. q. facti consuluit dom⁹ meus Cardinalis padue. t idem postea collegium totū paduanū principaliter motū. p. l. j. i fi. C. eo. requirit eni vt substātia ipius rei penitus ledat q̄ō nō ptingit quādo nō pōt coli propt̄ timorē hostiū. nā reperiet eo tpe emptorē t sic recognitionem dominij debet soluere canonē maxie cū guerra sit temporalis. t hanc opi. puto veriorē nisi fundus eēt ex toto capt⁹ ab hostib⁹ nec eēt spes de recuperatiōe t hoc casu arbitror posse ꝓcedere opi. cōtrariam. t hoc nota. ¶ Abbas

¶ De rerum permutatione ¶ Rubrica.

¶ Supra visū ē de emptione t venditione. Item de quodam cōtracta emptioni vicino vt de locato merito subijcit alium cōtractū emptioni ꝓmum vt est ꝑmutatio. t hoc est nomē ꝑmutatiōis multū generale. nam cōuenit omnibus rebus que int̄ hominū manus versant t propter hoc nō habet nomen speciale sed remansit in suo genere quia plura sunt negocia seu res q̄ vocabula. l. natura. ff. ō prescript. verbis.

¶ Princeps. Princeps potest rē ecclesie immobilē p̄ ꝑmutationem acquirere data re meliori vl̄ equali t in hoc q̄ dicit equali est casus notabilis. Primo questio. Secūdo solutio. ibi liceat. ¶ Nota primo vnū casum not. fm cōmunē intellectū in quo fit ꝑmutatio cū ecclia cessante necessitate vl̄ vtilitate ipius. satis eni est q̄ ecclesia nō deteriorat. t hoc ē inductū in fauorē ꝓncipis. t intelligūt doc. de principe imperatore qui ecclesiam muniuit multis ꝓuilegijs iō non fuit magnū hanc cōpensationē ei retribuere. vide gl. i cle. vnica. ō baptis. que tractat q̄s ꝓprie dicat ꝓnceps ¶ Mo. scōo q̄ impator nō pōt disponere de rebus ecclie etiā tpalibus. vnde ꝑmutationē ꝓtrahere nō pōt sine volūtate ecclesie. ¶ In glo. in ẋbo rōnabilis. ibi. vtilitas eccl̄ax. vult ꝯ glo. q̄ sine vtilitate ecclesie nō debet fieri hec ꝑmutatio. sed doc. cōmuniter ꝯ imo videt glo. cōtra tex. q̄ nō requirit vtilitatem ecclie sed fundat sup fauore ꝓncipis t solus requirit equalitatē rei cū qua fit ꝑmutatio rei. Et ad tex. qui requirit rōnabilitatē cāe rñdetur q̄ potest intelligi de causa ex q̄ mouetur ꝓnceps ad permutandum puta q̄ ecclesia habet p̄dium ꝓpe palatiū principis q̄ō est sibi necessarium ad palatiū ampliandū vel quid sile. t plus dicunt hic doc. q̄ si plat⁹ nō vult ꝓsentire huic ꝑmutationi pōt cōpelli p superiorem. ar. c. nullus. de iurepa. Aduerte q̄ simile priuilegiū habet quilibet rector cuuslibet ecclie q̄ō pōt ꝑmutare data cū ecclesia equalitate ipsius rei. vt ē casus no. xij. q. ij. in. c. si quis qualibet. cuz §. ꝓcedenti. regulariter autē ꝓcedit dictū glo. In glo. fi. in fi. vel pragmatica sanctio ponitur hic pro quadam annotatione seu significatione quā facit princeps super permutatione t requiritur hoc nō ad substantiam permutationis sed potius ad excusationē ecclesie si diceretur sibi q̄ distraxit rē ecclesiasticam. ¶ Abbas.

¶ Et cõmutationes.

Breue est ꝛ potest sic summari quo ad mentem. Permutatio rerũ ecclesiasticarũ facta in casu nõ ꝓcesso seu nõ seruata solennitate iuris est reuocanda per successorẽ. ¶ No. ibi incõsulte facte. q permutatõ facta cõsulte nõ potest reuocari ꝑ successorẽ. idez in quolibet alio ꝓtractu inito sup reb⁹ eccĺie. vt. c. ij. s̃ de ꝓcca. Et dicit ꝑmutatio facta incõsulte que nõ fuit facta in casu licito. ꝛ qui sunt casus liciti. no. xij q. ij. in sũma. ꝛ habuistis duos casus. s̃. c. ꝓxi. idẽ si nõ seruat solennitas iuris. xij. q. i. ꝑsine exceptione. ꝛ in. c. j. de rebus eccl. nõ alie. li. vj.

¶ Mancipia.

Breue est ꝛ tolle prin. c. ꝑ summario. qõ autẽ sequit hic ꝛ i. c. se. ẽ eius expositio. ꝛ dic sic. Mancipia ecclesie nõ debẽt ꝑmutari nisi ad libertatẽ vel nisi sint fugitiua. h. d. cuz sequẽti. ¶ Nota ꝓmo q licitũ est ecclesie possidere seruos. nã text. ille intelligit de mãcipijs xp̃ianis nõ aũt saracenis ꝑm Vin. Et forte fuit motus Vin. ea rõne de qua in fine littere. tex. tñ iste loquit indistincte. ad idem xij. q. ij. cum redemptor. ꝛ. c. ecclesiasticis. ¶ Nota scõo q seruus ecclesie dicit homo ecclĺasticus. ꝛ vide. xij. q. ij. ecclesiarũ seruos. ¶ Itẽ nota q deputatus seruitio ecclesie nõ dicit deputat⁹ ad humanos vsus sed diuinos. ¶ Vltimo nota vnũ casum in quo ꝑmittit alienatio seruorũ ecclie. qñ. s. alienãtur vt cõsequant libertatẽ. de quo dic vt in. c. eꝑm qui mancipiũ. xij. q. ij. ꝛ vt dixi in. c. iij. de re. eccle. nõ alie. In glo. final. in fi. ꝛ dic in principe. s. in papa. nam de eo loquit. c. ecclesiasticis alle. in glo. ꝛ vltima so. cõuer tenet ex qua habes ꝓtũ citra papaz nõ posse donare seruũ ecclie etiã ex cã remunerationis alicuius seruitij licet secus sit in alijs mobilibus. c. cererũ. de dona. Inno. dicit hoc. c. loqui de honestate ꝛ nõ de necessitate qõ non videt procedere ꝑ. c. sequẽs. vbi dicit hoc eẽ iniustum ꝛ impium ergo nõ solũ est ꝟ honestuz sed necessarium.

¶ Iniustum.

Breue est ꝛ summatum fuit. s̃. c. proxi. Nota ꝓmo q collatũ ecclesie dicit consecratũ deo ꝛ sancti eius. Et nota q in dubio donatũ ecclesie ꝓsumit donatuz ꝑ remedio aie. ꝛ omnis donatio facta ecclie dicit cã pia ꝑsumptiue. ad hoc c. requisisti. de testa. ¶ No. ibi tantũmodo ꝑmitti. ꝓtra opi. Inno. de qua in. c. p̃cedenti. nam ecclesia nõ ꝑmittit seruos ecclesiaz distrahi nisi sint fugitiui. ¶ Nota ibi distrahi. q nõ solũ ꝑmutari ꝟ etiam vendi nõ debẽt nisi eripiant in libertatẽ. vt in. c. p̃cedenti. ¶ Nota q elemosyna vnius qñq occasionaliter est peccatũ alteri⁹. ꝛ hoc verificat quotidie in diripientib⁹ bona ecclesiastica. nam largitores illarũ rex fecerunt illã elemosynã sed subtrahẽtes cõmittunt peccatum. ¶ Nota ibi. ꝛ ẽ absurdũ q valet ar. ab absurdo lz auctras non allegat. c. ex ore. ꝟ priuile. ¶ Vltimo no. in fi. q honorabilius est esse sub ecclesia ꝛ ei seruire ꝙ̃ subesse tpali dño. quia i ꝓmo casu seruit deo cui seruire regnare ẽ. fac. liij. di. multos. ¶ In glo. j. ibi dum est in fuga. ꝛ. ꝛ rõ quã ponit glo. in. c. fugitiui. xij. q. ij. nã fuga est quedã species libertatis. l. q si nolit. ff. de edil. edi. ꝛ in. l. quid si fugitiuus e. ti. ꝛ iõ sub cõditione pot vendi si fuerit reuersus. dicit tñ Hosti. q forte speciale in seruo ecclesie vt nõ obstãte q sit in fuga potest vendi. arg. hic. ꝛ in. d. c. fugitiui. prima tñ opi. plus placet ne per verba generalia recedam⁹ a terminis iuris. ¶ Et nota glo. in eo q dicit q si venditur seru⁹ fugitiu⁹ dz patefieri vitiũ emptori ne postea fiat redibitio. Et ꝑ intellectu terminorũ ꝛ glo. scias q si vendit animal seu alia res patiens defectũ latentẽ cõpetunt emptori due actiones. vna q̃ appellatur redibitoria de qua in gl. ꝛ ista cõpetit qñ emptor nõ fuisset empturus si sciuisset illud vitiuz vel defectum ꝛ per hanc actioncz ex toto recedit a contractu. vnde fit redibitio quasi redditio qz res ꝛ precium reducunt in priorem statũ. l. redibere. ff. de edil. edic. ad idẽ. l. si heres. ff. de excep. rei iudi. Alia actio appellat quãto minoris. ꝛ ista competit emptori empturo lz sciuisset vitiũ sed datur vt fiat restituno partis precij quãtominus fuisset emptu rus si vitiũ sciuisset. ꝛ ista actio cõpetit infra annuz vtilẽ. alia actio cõpetit infra semestre. l. ij. C. ō edil. ac. ꝛ dicuntur iste actiones edilitie qz fuerunt edite ab edilib⁹. i. ab illis officialibus romanis qui erãt sup rebus edilibus ꝛ statuerũt ne res morbose vẽderent ꝛ finaliter ediderũt illas duas actiões. Sz quero de. q. no. pone q venditor emptori equi dixit q vendebat equũ cũ suis superfluis ꝛ magnis ꝛ suis vitijs nec volebat de aliquo teneri facta venditione. infra modicũ temꝑus reperitur q equus dolebat in spatula quem dolorem nõ ostẽdebat tẽpore venditionis quia erat calefactus an teneatur ꝛ videtur q nõ ex quo pactũ fuit appositum vt non teneretur de aliquo vitio. ar. c. j. de cõmo. Cõtrarium sentit spe. ꝛ darius Jo. an. sentit ibi i addi. i tit. de empt. ꝛ vendi. §. nunc videndum. ℣. quid si venditor per tex. no. in. l. tenet. in fi. ꝛ. l. quero. ff. ō ac. empti. Et ẽ rõ qz venditor videtur fuisse i dolo nõ exprimendo illud vitium in speciali. nam in generali sermone nõ ꝓsumitur quis velle renunciare ei iuri cui in specie nõ renunciasset. ar. in. l. sed et si quis. §. quesitum. ff. si quis cautio. ꝛ in regula i generali. de reg. iur. li. vj. ꝛ no. in. c. vnico. de cõmo. Similis questio ponitur per Jo. an. in eodẽ. §. ℣. quid si venditor. vbi dicit q etiã si venditor expresse sit vitium latens tamẽ expressit alia vitia q̃ equ⁹ nõ patiebat vel subiũgit clausulã generalẽ puta equ⁹ dolebat in spatula qñ non erat calefactus puta dixi vendo tibi equũ ꝑ calcitroso ꝛ dolente in spatula ꝛ patiente omne vitium nihilominus cõcludit q ꝟ dicte actiones ꝓpetunt ꝓtra venditorẽ qz ꝓsumptio ẽ q maliciose ꝟ diceret imiscendo cũ alijs erroribus quos equ⁹ nõ patiebat tũc tpis. vñ emptor verisimiliter potuit ꝓsiderare q non dolebat in spatula quẽadmodũ ꝛ alia vitia expressa nõ patiebat. ad ꝟ iura ꝛ rõnes. s̃. allega. dz ꝙ venditor patefacere vitium specialitatis ita q nõ trãseat sub inuolucro verboꝝ qõ no. qz practicat quotidie. ꝛ vide aliã. q. Jo. an. e. ti. §. sciendũ. ℣. ꝟ no. vbi dicit post alios q si

equus vendit' morit infra triduum t repit hfe cor marcidū q̄ p̄sumendū est illū morbum habuisse tē pore venditionis. t h̄ p̄sumit propt brcuitatē t̄poris. ar. in. l. si venditori. ff. de priuile. credi. vide gl. in simili in. c. si qua femina. l. vi. t in. c. ij. de cle. per cussor. t. l. j. C. de emen. ser. quidā tamē cōtra. q̄ in teritu speciei debet liberari venditor ꝫ non p̄cedit q̄ emptor debebat restituere equū dato vitio ideo si perit i manibus suis liberat interitu speciei. ar. in. l. q̄ te. ff. si cer. pe. t p̄t petere p̄ciuz quēadmo dum potuisset detecto morbo ante mortez. ¶ No. ex hoc q̄ actio redibitoria cōpetit etiā post interitū rei in manibus emptoris ex quo moritur ex primo morbo latenti vere vel p̄sumptiue. t idem no. Ly. in. l. j. C. de edil. ac. q̄n morbus nascit post emptio nem in brcui tpe vt ꝓpter brcuitatē tpis p̄sumat morbus antiqu'. vnde secus ēt vbi morbus esset nouus. l. iij. C. e. ti. Et generaliter cum querit q̄li ter sit agendū cū res vendita reperit morbosa seu vitiosa. distingue post Ly. in. d. l. j. Aut eni morb' erat notus tam emptori q̄z venditori t non cōpetit aliq̄d remediū q̄ sciēti nō fit iniuria neq̄ dolus. l. j. §. si intelligatur. ff. de edil. edi. t in. l. paciſci. ff. de pac. t in regula scienti. li. vj. Aut vterq̄ ignorauit t cōpetit actio q̄to minoris p̄cij nō aūt ad totū dā num. vt in. d. l. tenet. vel etiam redibitoria si nullo modo emisset patefacto vitio. d. l. si is. Aūt sciebat aliter tñ t si emptor sibi ē imputandū rōne p̄dicta. si venditor tenet ad omne interesse q̄d indepassus ē emptor nō solum ad p̄cū. vt in. l. iulianus i p̄n. ff. de ac. emp. nisi interuenisset pactū q̄ nō teneret d. l. paciſci. q̄d intellige ꝫm p̄dictas limitationes.

¶ Ultimo scias q̄ vitiū dicit patens q̄n q̄libz aspi ciens potuisset ꝓpendere. sed dubiū est quid si em ptor fuit minus diligens t nō bñ. p̄spexit dicit no. Ly. q̄ nihilomin' tenet venditor. q̄z licet emptor sit in quadā negligentia tñ venditor fuit in dolo q̄ nō dixit t dolus ponderat culpe. l. item si obstetrix. ff. ad. l. aquil'.

Quesitum. Prebende pacto p̄cedente p̄mutari non p̄sit eps tñ potest de loco ad locuz p̄mutare per sonas. Primo questio. secūdo solutio. ibi. generali ter. t ibi duo dicta. Scdo ibi. si autē. ¶ Nota primo regulam q̄ beneficia eccliastica que possident in ti tulum nō p̄sit p̄mutari ex sola auctoritate ip̄oz pos sidentiū etiā si sint p̄bēde simplices. ¶ Scdo no. q̄ simonia committit nedū in pure spūalibus sed i an nexis. facit. c. preterea. de transact. ¶ Tertio nota vnū casum reseruatū soli ep̄o. s. interponendi au ctoritatem p̄mutationi bñficioz. nulli q̄ inferiori citra ep̄m hoc cōpetit q̄d voluit hic Hostiē. t cōiter sequētes. t idē glo. in cle. vnica. eo. ti. t probat hic in tex. in eo q̄ generaliter ꝓhibet bñficioz p̄mutatio t soli ep̄o dat facultas p̄mutandi p̄sonas de beneficio ad bñficium. idē tñ intelligas de inferiori p̄lato habente ius ep̄ale in beneficijs p̄mutādis. nā talis exercet oīa iura ep̄alia que sunt iurisdictionis vt no. glo. in. c. j. de reb' eccl. nō alie. Inno. in. c. q̄ de transac. dixi in. c. significasti. de foro compe.

Ultimo nota ibi. minus sunt vtiles. q̄ p̄mutatio sit aliquando ex maiori vtilitate. vnde licet quilibz be neficiatus sit vtilis beneficio suo. tñ si est vtilior in alio potest ex hoc fieri p̄mutatio. t clarius ꝓbatur in fine dum dicit vtilius exercere. tē. nam p̄derā dum est verbum vtilius. nam cum sit cōparatiū p̄e supponit suū positiuum. s. q̄ vtiliter prius se exerce bat licet vtilius speret se exerciturū fore. ad hoc. l. vbi autē. ff. de ꝛbo. obl'. ¶ Et hec adducunt ad. q. nunqd p̄mutatio bñficiozum sit p̄missa ex expedi ētia p̄sonarū dūtaxat an ꝛo ex sola necessitate ec clesie. tex. iste potest adduci pro t cōtra. Primo in eo q̄ p̄mittit ex cā necessaria. Scdo in fine i eo q̄ p̄ derat maiorē vtilitatē. ꝫ cōiter concluditur q̄ cā ne cessaria vel vtilitas ip̄ius ecclesie ē cā sufficiens. vt hic. t no. in. c. nisi cum p̄dē. de renū. t. vij. q. j. scias. t. c. eps. de loco. expedientia aūt p̄sonaz etiā sufficit sed cōiter cōsiderat i minoribus bñficijs lz in maioribus etiā ob hanc cām sepe fiat. vt in. c. ad supplicationē. de renū. t. lxxiiij. di. quorūdā. pone exemplū. rector vnius beneficij nō potest multum ꝓficere ibi q̄z aer alius loci nō est sibi sanus vel nō tute viuit ꝓpter inimicitias priuatas. certe licite p̄mutat cū alio qui vtiliter in hoc beneficio residere potest. vt in iuribus p̄calle. ¶ Sed querit nunqd eps p̄t p̄mutare etiā beneficiato iuito. Jo. an. po nit hic vnū solū verbum in quo sentit q̄ nō. nā sup ꝛbo p̄sonas supplet volentes. tñ nihil allegat. Sed contra eum facit iste tex. in quantū dat ep̄o faculta tem transferendi p̄sonas de loco ad locum t nullā mentionē facit de p̄sensu p̄tiū. ad idem notabile di ctū Inn. in. c. nisi. de renū. vbi dicit q̄ si scandaluz imminet eccleſie ꝓpter p̄secutionē p̄lati potest talis p̄latus licite priuari p̄ superiorē lz ip̄e non sit in culpa huiꝰ p̄secutionis t scandali. sed propt bonū publicū toleranda ē talis priuatio dato tñ illi bono cam bio. t transit ibi Jo. an. cum illo dicto. t vide lati' de hoc per Frede. in tractatu p̄mutatiōis. q. xxv. t ibi cōcludit hoc posse fieri ex cā necessaria q̄d satis placet si aliter nō p̄t ecclesie cōsuli saltē p̄ dationē coadiutoris. t facit q̄d no. doc. in. c. fi. de postula. p̄ la. si tñ posset ꝓuideri p̄ dationē coadiutoris nō pu to q̄ inuitus possit transferri. sicut dicim' de infir mo qui nō priuat lz sit impotēs ad administrandū ꝫ dat sibi coadiutor. s. de cle. egro. p̄to. ¶ Sed du biū ē q̄d si collatio bñficioz p̄mutandoz spectat ad aliū q̄z ad ep̄m. So. dicit Jo. an. q̄ tūc ep̄us p̄muta bit cū p̄sensu illoz vñ auctoritas p̄mutationi adhi bēda p̄tinet ad ep̄m ꝫ habētes eligere vl cōferre de bēt cōsentire. nam cū in p̄mutatiōe interueniat re nunciatio iuris ea q̄ habent t notant i. c. vnico. j. e. ti. li. vj. t in. c. si propter. de rescrip. eo. li. ꝫ oportet nctio q̄ p̄sentiāt illi q̄ habēt eligere vl cōferre. vi de glo. in. d. cle. vnica. Quid aūt si nolunt p̄sentire t p̄mutatio ē necessaria ecclie. vide Frc. in dcō tractatu. q. xxiij. vbi cōcludit q̄ poterūt inutiles p̄uari t p̄ nouā electionē seu collationē ꝓuidebit de di gnis velint nolint eligentes vl habētes p̄ferre bñfi cia. ¶ Sed quero nūqd ipsi beneficiati possint tra ctare inter se de p̄mutatione fienda. Hosti. cū quo

transit hic Jo. an. videt sentire q nō. dicit tamē q
pmutatio debet cōpleri seu pcedere ex auctē epi ꝙ
dat remediū habenti cām pmutandi vt conferat se
ad epm t narret casum pmutationis supplicādo vt
dignet sibi puidere i aliquo loco. posset etiā pm eū
dicē meū bñficiū ꝓpeteret bñ tali psone t suū mihi
nō autē debet de hoc tractare cū alio bñficiato. Et
aduerte qz hec opi. ē multū periculosa. nam pauci
sunt quin prius adinuicē nō habeant tractatū. t p
opi. Hosti. vide glo. ordinariā. in. c. cum vniuersō-
patruo supstiti. sed dictū glo. intellige in terminis c. qñ. s. fideicōmissarij sunt cōiuncti re ⁊ verbis vt ḃ erant. si autē fuissent disiuncti. vtputa volo q restituas medietatem tali patruo tuo ⁊ aliam medietatem alteri patruo tuo. tunc portio deficienti s non accrescit alteri sed heredi. de quo in. dicta. l. vnica. ⁊ in. l. re cōiuncti. ff. delega. ij. ¶ Jn glo. in verbo legauit. ibi impropꝛie. no. singulariter istā gl. iūcto tex. q verba testamenti sunt impropꝛianda ad hoc vt testm̄ teneat. nam si verbū lego staret ꝓpꝛie quo ad patruū ⁊ filios testm̄ nō valuisset. ⁊ idem dixi de verbo relinquo in. c. raynutius. s̄. e. ⁊ colligit hoc notabile intelligendo q ista fuerūt verba testatoꝛ nam forte testatoꝛ aliter dixit ꝑ papa hic hoc retulit in substātia nō ponēdo ꝓpꝛia verba testatoꝛis sed pꝛimū notabilius sic. ⁊ ꝝba libelli ip̄ropꝛiant vt cōcludant intentionē libellanti. vide bo. tex. iūcta gl. in. c. ꝓstituꝛ. de reli. do. vbi cēsus ꝑ emphiteosi ponit. Et in fi. glo. ⁊ iō cautū ē in quolibet testō apponere istam clausulā codicillarē nō tñ intelligas q ꝓpter hanc clausulā sustentet testm̄ ꝑ si nō valet testamentū ex defectu alicuⁱ solennitatis valebit vt codicillus ⁊ sic p̄stabunt legata ab intestato q̄ alⁱs non valuisset. ⁊ inquātū gl. dicit si nō valet iure testamēti pleniozꝛ ē clausula si nō valet nec valebit. cē. et sic cōprehendit vtrūq; tēpus. ⁊ de hoc in spe. de instru. edi. ¶. compendiose. ꝛ. item vide si est ibi clausula. ⁊ se. ¶ An autē sine ista clausula debeant legata ad pias causas si repitur testm̄ non valere remitto ad no. in. l. j. C. de sacro. sanc. eccl̄. ⁊ in. l. eaz quā. C. de fideicōmiss. ⁊ puto q debeant qꝛ ad validitatē istoꝛū legatoꝛum sufficit solennitas iurisgētium. vt dixi plene in. c. ij. ⁊ in. c. cuz esses. ⁊ in. c. relatum. s̄. eo. ¶ Jn glo. in verbo adȝciens. in. fi. intellige glo. cum tex. q valet pene apositio quatenꝰ sufficit patrimoniū testatoꝛis. ad hoc iste tex. nam tastatoꝛ nō habet iurisditionē in heredē vel legatarium ⁊ sic nō potest ꝓpꝛie apponere penam ꝑ potⁱ dicit adunere bona eis donata noie pene. i. in penam cōtrafacientis. nā pena dicit eē id qō diminuit patrimoniū alicuius. vt no. Jo. an. i. c. fi. de elec. li. vj. ⁊ arbitroꝛ q etiā i foro cōscientie habebit locū ista pena. qꝛ naturaliter obligat onerat a testatoꝛe obseruare ipius voluntatē. vt in. c. cum in officijs. s̄. eo. licet alie pene iuris necessarie non sint obseruande in foro cōscientie. vt ē gl. singularis ꝑm vnū intellectū. in. c. fraternitas. xij. q. ij. ⁊ c̄ c̄ nō memini legisse rōnem illius dicti puto tamen hanc rōem forte quia pena apponitur a iudice vt satisfiat reipublice de re scandalizata ex delicto quo rō cessat i foro anime cum ibi imponatur principaliter pena i satisfactionem delicti nam principaliter ibi intenditur ad satisfactionem rei. ⁊ vide Jnn. in. c. sicut dignum. de homici. vbi singulariter dicit q c̄ c̄ i foro contentioso teneatur quis ex leuissima culpa in actione legis acquilie. s. rōe damni. vt in. l. lege aq lia. ff. ad. l. acquil̄. tamen in foro anime non tenetur ad emendam damni nisi quis fuerit in dolo vl̄ saltem in lata culpa. ratio diuersitatis est qꝛ foꝛus contentiosus intendit ad conseruationem pꝛimo nū. sed foꝛus penitentialis intendit saluti anime ⁊ vt plurimum respicit animum delinquentis. facit c. deus qui. de peni. ⁊ remiss. ¶ Jn gl. in verbo adeunte. in fine. hoc est verum regulariter sed fallit in multis casibus qui notantur per doct. in. l. eā quā. allegl. in glo. ¶ Jn glo. in verbo petendo. ibi. rei vendicatio. ⁊ hoc plene no. in. l. j. C. cōia de leg. nā procedit glo. quando legatum est factum in aliqua specie puta certus fundus vel seruus. secus si i genere. qꝛ tunc nō datur rei vendicatio sed hypotecaria vel actio ex testamento. de quo tamen dicendū vt plenius no. in. d. l. j. ¶ Jn glo. in verbo contra ipsum. ibi. que pendent extrinsecus. vult dicere q si quid debetur sub conditione que extrinsecus id est extra iudiciuz venit purificanda nō ꝑt peti ante conditionis euentum. ⁊ sic loquit. l. non quemadmodum. ff. de iudi. Sed si id quod debetur nomine pene seu sub conditione venit certificandum in ipso litis ingressu tunc potest peti in libello sub cōditione vt hic. ⁊ idem per alia verba sentit hic Jnn. ⁊ c̄ c̄ de rigoze iuris possit instari tamen pꝛopt facilioꝛem exitum litium talis libellus solet admitti sicut in simili admittitur libellus alternatiuus dicorem ad me spectare iure dominij vel quasi. vt no. in dicto. c. ij. de libel. oblati. ⁊ in. c. abbate sane. de re iudi. lib. vj. ⁊ q de iure possit procedere. fac̄ text. in. c. olim. de censibus. ⁊ in. l. eum qui. ff. de his q̄ vt indig. Sed si vis tollere contrarietates huius tex. posses dicere vt quidam dixerunt q heredes hic iam contrauenerunt quia voluerunt extra iudicium soluere legatum ⁊ sic erat purificatum legatum conditionale. hoc tamen ex toto non satiffacit littere que continet petitionem conditionalem. ⁊ ō hac materia vide per Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur. ad fi. ff. de verbo. obli. ⁊ per spe. in ti. de solut. ¶. sequitur. versi. quid si libellus. ⁊ in ti. de libel. concept. ¶. iam nunc. ver. sed nunquid taliter aliquid per Ly. in. l. j. C. de fideicommiss. ⁊ nota bene hanc glo. singulariter iuncto tex. ¶ Jn gl. i verbo quacunq; occasione. in fi. vult ergo glo. q dominium legati vel fideicōmissi particularis directa via post aditam hereditatem transit in legatarium vel fideicommissarium. secus in fideicommisso vniuersali. quia ibi opus est restitutione re vel saltem verbo. ad hoc. l. sancimus. C. ad trebel. fallit in casibus qui ibi leguntur ⁊ notantur. ¶ Sed contra hoc opo. Jnno. de. l. fi. C. cōia de lega. vbi fideicōmissarius agit rei vendi. contra illos in quos ꝑmꝰ heres bona transtulit. Sol. dupler. ꝓma q fuit ibi restituta hereditas in genere. vel est speciale in rebus alienatis. sed pꝛima solutio videtur verior. quia dominium fideicommissi vniuersalis nō transit sine restitutione. facit. l. marcellus. ¶. res que. ff. ad trebe. vbi tenet alienatio rei ⁊ hoc communiter tenetur. ⁊ satis pꝛobatur in. d. l. sancimus. ⁊ dicit legatum quando verba dispositionis conferūtur in legatarium. fideicommissum vero dicitur quando quis capit de manu alterius. puta relinquo tibi fundum ⁊ volo vt illum restituas sempꝛonio. nā respectu tui est legatum sed respectu sempꝛonij est

fideicõmissũ sic appellatũ qz fidei tue cõmittit vt restituas sempronio ꝑ hodie fideicõmissa z legata sũt exequata. vt in.l.j.z.ij.C.cõia de lega. z ff. ō lega. j.l.j.z ōz fideicõmissum pticulare qñ nō hereditas ꝑ certa bona pticularia veniũt restituēda. ¶ In gl. in verbo cõtestata.no.bñ glo.z vide materiã i spe. de libel.cõceptione.§.nunc videndum.vbi spe.refert Clementē papã auditoribus ꝓcepisse q in appellatione ab interlocutoria nō admitterent libellũ z sic cõtestationē litis.z videt sentire secus in appellatione a diffinitiua. Jō.an.sentit hic totũ oꝓpositũ vt in appellatione ab interlocutoria sit lis cõtestãda qz est nouus articulus.secus in appellatiõe a diffinitiua qz idē est articulus cũ primo.ad hoc.c.nō solum.de appella.li.vj.sed tene primũ dictũ qō etiam vident sentire do.de ro.decis.xiij.nã si iudex appellationis ab interlocutoria ꝓnũciat bene appellatuz succedit loco primi iudicis. vt in.c. vt debitus. de appella.nec aliud petit cozã eo nisi qō petit cozã primo.si ergo cõtestatio fuit facta cozã primo non est necesse vt fiat cozã secũdo.nec dum discutit an ipa appellatio sit admittenda debet fieri cõtestatio litis qz nihil petit a parte sed agit de iniquitate ꝓmi iudicis.vt dicit tex.in.c.interposita.in.§.sane.de appel.cautũ tñ est vt pte pñte fiat cũ ea cõtestatio.ꝑ in appellatione a diffinitiua ꝓncipaliter queritur retractatio ſnie ad incõmodũ ptis iō fienda est noua cõtestatio sicut nouꝰ ē articulus vt hic.ꝑ ſ.ps ē contumax ꝓt procedi sine ꝓtestatione.vt in.c.ꝙ tuas alle.in glo.qz in effectu agit sup petitꝰ.in ꝓma instãtia.z vide qō dixi in.d.c.ꝙ tuas. ¶ In gl. in verbo portiones.ibi qz de singulis rebus debet fieri deductio.no.bene glo.q filius ꝓt de qualibet re paterna deducere suã legitimã ꝑ rata nisi aliud dispo suerit testatoz vel officiũ iudicis. Jnno.dicit q ō tota hereditate sũt iste portiones detrahende ꝑ anteq̃ iudex interponat officiũ habent insolidũ in singulis rebus.q.d.q ante deductionē habet ius in singulis rebus insolidũ ꝑ iudex tpe deductiõis poterit arbitrari vt de certa re fiat deductio. z hoc in effectu sentit hosti.nō enim eet audiendus heres si ex singulis rebus vellet soluere legitimã qz particularis solutio multa incõmoda habet.vt in.l.plane.ff.fami.herd. Alij aliter vt no.in.l.filiũ quẽ habentẽ.alle.in glo.ꝑ Bar.satis eque distinguit in.l. in quartam.ff.ad.l.fal.aut enim filius z heres conueniunt z eozum volũtas obseruanda est.l. pen. ff.de leg.j.aut discordãt qz filius vult detrahere ex vna re herede cõtradicẽte vel ecõtra .z tunc aut q̃ritur in quibus rebus habeat hoc ius legitime vel trebellianice.aut querit ex qua re tpe deductiõis sunt detrahende. Primo casu dicẽdũ q ꝫ ius cõsistit in singulis rebus insoliduz in.l.plautius.z i.l. lineã.ff.ad.l.fal.z ꝓbat ꝫ. Scõo casu aut testatoz disposuit ex qua re sit fienda deductio ſz seruanda ē voluntas testatozis.vt voluit ꝫ gl.ad idẽ.l.id autẽ.ff.ad.l.fal.ꝓbat rõne.nã a principio poterit pater certã rem relinquere loco legitime.vt in.l.qñ i prioribus.z in.l.oino.C.de inoffi.testa. aut testatoz nihil disposuit z tũc si filius recipit fructꝰ cõputat sibi in tertiã vel quartã trebellianicã.vt in.l.qō de bonis.§.fructus.ad.l.fal.Et aduerte qz Bart. post hec videt sentire q filius cõputat fructꝰ in legitima cuiꝰ cõtrariũ ipse tenet in.l.marcellus.in.§.q dam liberis.ff.ad trebel.z sentit in.l. sancimus.in.§.repletionē.C.de inoffi.testa.z q lex antiqua sit hodie cozrecta in filijs.sed pōt procedere primũ dictum in trebellianica extra casuz.l.iubemus.C.ad trebel.aut nō ꝓcipit fructus z si vendidit aliquã rẽ ante restitutionē hereditatis illa cõputat in legitima.vt videt tex.in.d.l.marcellus.in.§.res. voluit Azo in ſumma.C.ad trebel.z Oldr.ꝓſl.cxlvj.multi tñ tenuerũt oꝓpositũ in.d.l.filiũ quem habentẽ. qz ex hac opi.sequitur q filius rogatus restituẽ hereditatẽ posset ad libitũ ex quacũq̃ re detrahere legitimã illam rem alienãdo.vñ multi tenuerũt q illa alienatio nō valuit. Ad.§.res pōt rñderi q ꝓputatur i legitima herede nō cõtradicente z sic in odium ipsius filij.z quicquid sit cõsiliũ ē vt si filius intendit aliqua alienare q vocet fideicõmissariuz ad diuisionē z tunc secure poterit alienare ꝓtem suaz si ꝫo nihil alienauit z tunc aut habebat aliquã rem in peculio iudicio testatozis z potest illã rem sibi cõputare in legitimã qz ex quo testatoz illũ dilexit in vita respectu illius rei ꝑsumendũ est q idem voluit post mortẽ.z iste est casus notabilis ſm vnũ intellectũ.in.d.l.filium quẽ habentez. Aut testatoz nihil cõcessit in vita z tunc si res sunt indiuisibiles fiat ō tractio ex vna re. si sunt diuisibiles tunc poterit fieri ex vna vel ex pluribus ſm q iudici videbit equũ vt in.l.potest .ſm vnum intellectuz.ff.de lega.j.facit.l.ad officiũ.C.cõi diuidun.z insti.de offi. iudi. post principiũ.z ſm hanc distinctionē limita hanc glo.z tex.z idem dicitur respectu repletionis legitime vt si pater reliquit filio certam rem nō ascẽdẽtem ad legitimã suaz repletio fiet iudicis officio nō de singulis rebus ꝑ ſm q iudici equuz videbit ꝫ ius repletionis cõsistat in singulis rebus sicut dixi in tota legitima.vt in.d.l.sancimus.z ponit Old. cõsilio.cj. ¶ In glo.in verbo bñficio in fi. Jnn.sentit hic q de omnibus pōt patruus detrahere falcidiam nō obstante.l.cum pater alle. in gl. qz ſm eũ qñq̃ aliq̃d adimit ex ꝓdẽnatione iudicis vel ex dispositione legis noie pene.z tũc falcidia cessat. vt i auẽ.de heredi.z falci.in.§.si quis autẽ nō implens Qñq̃ aliq̃d adimit heredi ex dispositione testatoris tunc de illo potest detrahi falcidia vt hic. naz testatoz alij tribuendo qō ademit heredi fec legatum z hec opi.multũ mihi placet.qz si bñ ponderet litteram testatoz nō mandauit simpliciter vt heredes nō ꝺicerent legato facto auunculis ꝑ cõditionaliter ſcz q si cõtradicerent oia bona sua legabat auũculis.heres ergo cõtradicẽdo nō venit cõtra voluntatẽ testatozis si soluit sponte omnia bona auunculis imo impleret volũtatẽ testatozis z sic ne frustra sit heres pōt detrahere falcidiaz de oibꝰ.nec videt mihi ꝓsideratione gl.quoꝫ mō posse ꝓcedere. naz iste patruus respectu ptis sue habebat.xvj.ſm cõputationē prius factã ex hereditate Rainaldi quorum quattuoz tenebat soluere auunculis occasiõe

legati ꝑticularis ⁊ sic remanebunt sibi. xij. habebat ꝫ tres ꝑtes ꝑtis sue hereditatis ⁊ sic nō erat hereditas exhausta legatis. nō ob. q illa. xij. soluit occasione pene q ꝛ si ex ista pena nō detrahit falcidia ꝓpter culpā suā nec detrahi dz ex legato ꝑticulari q ꝛ non legatum particulare sed culpa sua exhausit hereditatē. aut ergo debet detrahere ad omnibus aut ex nullo cum eadem sit ratio in vtrisq; ⁊ licet quidaz voluerunt tenere tertiam sententiam vt hic cesset omnino falcidia ꝓpter rōes dictas. Ad istū text. respondebant q hic non detrahitur falcidia sed reseruatur ius si qō erat in detractione facidie. mihi tamen non placet quia si nō fuisset falcidie locꝰ iste cardinalis qui ita specifice sententiauit reddēs rationem sue sententie in qualibet ꝑte non reseruasset ius detrahendi falcidiam maxime in eo q reseruauit sub conditione scz si infra tempus legitimum testatoris voluntati parueri t. Item ponderat q iste confecit inuentarium. vnde tene opi. Inno. que ē valde notabilis ⁊ satis probatur per istum tex. poterit ergo iste patruus ſm cōputationem predictam detrahere quartam ⁊ non solum vnam. ſ supra dixi de vno ꝓpter opinionem glo. ⁊ vt cōcordaremus cum cōputatione qnā facit glo. que incipit auunculum.

Iohannes Executor testamentarius qui suscepit illō officium exequi compellitur. Primo questio. Secundo solutio. ibi. post. ¶ Nota primo ex principio q vbi in dispositione est fienda mentio clerici ⁊ laici premitti debent in ordine clerici tanq̄ dignio ꝛes. xcvj. di. in. c. duo. facit. c. significauit. ō rescp. ⁊ qō no. gl. in. c. quozundā. de elec. li. vj. ¶ No. secundo q clericus ⁊ laicus possunt simul deputari ad certum officiū exequendū qō intelligit Jo. an. procedere quādo vocantur tanq̄ diuersa capita. secus autē si vocarenᵏ vt collegiuz quasi velit dicere q ad collegium seu vniuersitatem faciendaz nō admittunᵏ homines disparis ꝓfessionis. vt i. c. cuz causam. s̄. de electi. ⁊. xvj. q. vij. c. noua. sed quando cōiunguntur vt singulares nō nocet disparitas ꝓfessionis. ꝓ hoc. c. q tuas de arbi. ⁊ in. c. vbi piculum. de elec. li. vj. ⁊ nota hanc regulam ſ puto eam limitandam qū varia sunt studia respectu ꝓfessionis. Si autē idem oīno est studium nō impedit diuersitas professionis eos insimul collegialiter congregari. exemplum i vniuersitate scholarium vbi sunt religiosi clerici seculares ⁊ laici oēs facientes vniuersitatē vnā. vt no. Bar. in. l. fi. ff. de colle. illi. ⁊ Inno. in. c. cū ab ecclesia. x. de offi. q di. ¶ Nota tertio q ad pias voluntates exequendas pōt testator deputare quos vult. quid autē si neminē deputauit. dic vt dixi in. c. si heredes. s̄. eo. ti. ¶ No. q ꝛ to ibi. creditoribus. iuncto verbo ꝓ diocesanum q episcopus impedit se de relictis etiam ad non pias causas. de quo vide quod latiꝰ dixi in. c. si heredes supra eo. ¶ Nota ibi. per diocesanum. q ad diocesanum pertinet compellere executoꝛes testamentarios. dicit tamen Jo. an. idem in eo qui habet iurisditionem in loco quasi diocesanus ponatur hic ad denotandum eum qui habet iurisditionez in loco. Et ideo si alius citrā episcopum haberet ibi iurisdictionem episcopalem vt sūt multi abbates. de priuil. abbates. li. vj. poterunt isti hanc compulsionem facere. tenebis menti hoc dictum q officium tributū diocesano potest exequi seu exerceri per eum q̄ habet iurisditionem episcopalem. vel quasi in eodem loco quāq̄ non habeat iurisditionem in tota diocesi. ⁊ pro hoc facit glo. no. in cle. j. de rebus eccle. nō alienan. que vult q inferiozes habentes iurisditionem episcopalem possunt exercere omnia que spectant ad iurisditionem episcopalem. quod latiꝰ dico in. c. significasti. de foro compe. vides in oppositum glo. in cle. j. de vita ⁊ honesta. cleri. ⁊ gl. no. in cle. j. de iurepatro. in verbo diocesanus. que vult q appellatiōe diocesanozum veniūt solum episcopi non autem inferiozes habentes iurisditionem in loco. sed concoꝛ. vt glo. ille procedant quādo in materia noua ⁊ stricta fit mentio de diocesanis ita q verisimiliter videatur ponderatum officium episcopi. secus autem vbi materia esset larga ⁊ fauorabilis ita q potius videatur pōderata iurisditio q̄ officium episcopale. Hinc dicit Jo. an. hic q capitulum sede vacante succedit in hac potestate compelendi executoꝛes q̄q̄ videatur dubitare nunquid si officium exequendi sit deuolutum ad episcopuz possit capitulum exequi illud. nam aliud est cōpellere aliud exequi. sicut in simili capituluz potest cōfirmare electiones sed non potest beneficia conferre. vt in. c. cum olim. de maio. ⁊ obedien. iuncto. c. j. ne sede vacan. li. vj. Sed ego putarem q etiaz capitulum possit exequi quia hoc non est iurisditiōis episcopalis. sed potius oneris q̄ honoꝛis ⁊ est officium necessarium ꝓ hoc quod no. glo. in cle. j. de hereti. ⁊ cessat ratio que est in prohibitione collationis beneficiozum. nam illa prohibetur. q ꝛ est quedam honoꝛificentia ⁊ computatur inter fructus vt no. glo. in. d. c. cum olim. sed executio est oneris dū taxat ⁊ nulla cōmoditas debet remanere apud capitulum vel episcopum exequentem. vt in. l. nulli. C. de epi. ⁊ cleri. ⁊ in. c. nos. s̄. eo. ti. ¶ In glo. i verbo pijs. ibi minus legitima. hoc intellige vt dixi in c. relatum. s̄. eo. ¶ In glo. ij. ibi. nihil posset legare. nota bene glo. pro intellectu. c. quia. ⁊. c. ad hoc s̄. eo. vt de rebus ecclesie non solum testari prohibetur clericus sed etiaz legare. nam eadez est ratio in legato que est in testamēto quia effectꝰ vtriusq; confertur ad tempus quo post mortem clericꝰ non est amplius rector ecclesie sed donare aliqua pōt ituitu elemosyne vt in dictis iuribus. ¶ In glo. super verbo mandatum. no. glo. iuncto tex. quia licz executio vltime volūtatis sit res fauorabilis ⁊ pia. vt in. l. j. C. de sacro san. eccl. ⁊ in. c. tua. s̄. eo. ti. nō tñ cōpellitur quis acceptare officium executionis sibi delatū in testamēto. ⁊ videt hoc etiam procedere in relictis ad pias causas qō est valde notandu ⁊ videt hoc ꝓbare tex. ibi. post mandatū susceptuz ⁊ idem sentit Ibi Jo. an. dicens q videtur quis suscipere mandatum aut expresse acceptādo aut tacite. puta exequēdo aliquid de spectātibus ad illud

officiū. secus aūt dicit si erat p̄sens quando officiū sibi conferebatur ⁊ tacuit. p̄o hoc. l. filiusfami. §. in uitus. ff. de p̄ocura. dicerem q̄ etiam per interiozē actum executionis dicitur officium acceptare puta si scienter recepit litteras in quibus sibi officiuz cōferebatur. argu. in de. j. de p̄ocu. vel si ipe scripsit q̄ testator ad illud officium eum deputauit. ad hoc bo. tex. in. l. vxori. §. j. ff. ad. l. falci. facit. l. ex sententia. ff. de testa. tu. ⁊ notabis hoc vltimum. quia potest adduci ad multa. Item respectu legatozum ad pias causas videtur q̄ episcopus possit compelle re etiam citra acceptationem ⁊ si non vt executorez testamentarium saltem vt delegatum ⁊ cōmissariū nam cū episcopus hoc casu habeat exequi poterit officium hoc isti delegare ⁊ ad suscipiendum compellere sicut in qualibet alia delegatiōe. C. qui p̄o sua iurisditione. l. j. c. pastoralis. s̄. de offi. delega.

¶ Sed quero extra gl. nunquid isti executozes testamentarij possunt agere cōtra heredes vt eis tribuatur vnde possint exequi voluntatem defuncti. Inno. Abbas ⁊ cōmuniter omnes doct. hic distinguūt q̄ in relictis ad pias causas possunt agere cōtra heredes. vt in. l. nulli. ⁊ in. l. si qnis ad declinandam. C. de epi. ⁊ cleri. in alijs vero subdistinguūt. q̄ aut sūt executozes meri aut sunt participes. Primo casu executoz non agit contra heredem ꝙ si heres sponte eis tribuit exequuntur voluntatem defuncti sed agere nō possunt. vt i. l. lutius. §. meuia. ff. ad. trebel. nisi testator aliud exp̄sserit. Si vo sunt participes puta q̄ testator voluit aliquā partem remanere penes executozes tūc poterūt agere. vt in l. si quis titio. ff. de lega. ij. ꝙ cōtra hoc opponitur ō isto tex. vbi executozes compelluntur exequi. dicit Inno. q̄ omnia ista erant distribuēda ad pias causas. Hosti. dicit q̄ hoc est diuinare. Item iste tex. resistit dum facit mentionem de creditozibus. ⁊ ideo dicit q̄ fm ius canonicum possunt executozes agere contra heredes vel quoscūq; vt exequantur voluntatem defuncti. ⁊ sic transeunt hic doc. cōmuniter. Ego cōcordando dico q̄ nec de iure ciuili nec ō iure canonico merus executoz habet actionē cōtra heredem. vt in. d. §. meuia. sed potest executoz officium iudicis implozare contra heredes vel alios ō tinentes bona defuncti. ar. in. l. hereditas. ff. de petione hereditā. ⁊ in. l. quintus. i si. ff. de annu. leg. ⁊ hoc voluit Dy. in. d. §. meuia. ⁊ Bar. in. d. l. si q̄s titio. ⁊ in isto casu potest procedere dictum Hosti. ⁊ intelligitur iste tex. poterit ergo diocesanus compellere executozem vt impleret officium iudicis cōtra heredem. Itē potest intelligi iste tex. vt compellatur exequi quando bona sunt in manū executoris vel heres est paratus sibi dare vnde exequat. ⁊ sic i nullo iste tex. cōtradicit iuri ciuili iudicio meo Itē in eo q̄ doc. distinguūt vtrum executoz participet de lucro vel nō dic melius q̄ vbi verba dispositionis cōferuntur in eum tacite vel expresse nō dicitur purus executoz sed legatarius. ideo p̄t agere contra heredem. exempluz dicit testator. relinquo titio centum ⁊ volo q̄ illa restituat seyo. nam lz nullam cōmoditatem habeat ex quo tamen verba legati in eum conferunt poterit tanq̄ legatari⁹ agere cōtra heredem ⁊ est vtile quia si deficeret fideicōmissum ex persona fideicōmissarij accresceret isti legatario ⁊ nō heredi. vt in. d. l. si quis titio. idem dixi vbi tacite dispositio confertur in ipsum. vt quia est particeps illius relicti. his enim casibus nō dicitur purus executoz vnde habet actionem cōtra heredem. d. l. si quis titio. Nunquid aūt possit executoz vendere bona hereditaria p̄o executione vltime volūtatis. distingue inf executozē vniuersalem ⁊ particularem. nam executoz vniuersalis potest. exemplū quādo oia sunt distribuenda in paupes christi. dicta. l. nulli. Particularis nō p̄t nisi testatoz sibi cōcesserit. vt in. alio. ff. de ali. ⁊ cibaria. lega. et hodie cōmuniter in testamento dat libera ⁊ plena licētia executozib⁹ vendendi de bonis hereditarijs p̄o executione testamenti. ⁊ quid importent illa verba. no. Bar. in. d. l. alio. ¶ Vltimo oppo. cōtra tex. ⁊ videtur q̄ clericus non possit esse executoz testamentarius. quia non debet se immiscere negocijs ⁊ administrationibus secularibus. xj. q. j. te q̄dem. ⁊ in. c. j. ne cleri. vel mona. Solu. testator erat hic clericus vnde ratione persone negocium non potest dici seculare fm doc. Item ⁊ secundo hec relicta erant facta ad pias causas vnde rōne pie cause potest dici negocium ecclīasticum. Tertio dixerunt alij cum quibus transeunt hic cōmuniter doctozes q̄ religiosi ⁊ clerici possunt eē executozes testamenti etiam ad non pias causas ratione pie voluntatis defunctozum dummodo non subtrahantur a diuinis officijs. ⁊ hodie in religiosis dic vt in c. religiosus. eo. ti. li. vj. de fratribus minozibus ē tex. in de. exiui. de ver. sig. ⁊ hec vltima opi. cōmuniter hodie hic obseruatur.

¶ Ebis. Ponit quedaz legata de q̄b⁹ nō soluit canonica portio nisi fiant in fraudē. Primo ponit dictum in q̄ interserit exceptionez. ibi. dummodo. ¶ Nota primo ⁊ tene menti regulā que tacite colligitur ex isto tex. nam regulariter de omnibus relictis factis ecclesijs soluitur episcopo canonica portio ⁊ ecclesie parochiali fm ea que dixi in. c. officij. s̄. eo. ꝛz fallit in casibus hic exceptis. nam exceptio quozundam casuum firmat regulam in opposito. xxxij. q. vij. c. si dominus. ⁊ in. c. ij. de coniugio lepro. ¶ Nota secundo casus in quibus nō soluitur canonica portio de relictis factis ecclesijs. Primus casus quando aliquid sit relictum in oznamentis. id est calicibus cappis vel alijs vestibus ecclesiasticis. Secundus casus quādo fuit relictum p̄o eis. id est p̄o ipsis oznamentis habendis vel recuperandis vel reficiendis ¶ Tertius casus in relicto facto p̄ fabrica ecclie. Et nota q̄ fabrica ⁊ oznamēta ecclesie ponūtur hic vt diuersa. Ex q̄ potes colligere notabile dictū q̄ reddit⁹ deputati ad fabricam non sunt conuertendi ad oznamenta ecclesie. nā fabrica capit̄ p̄ sculptura vel reparatione edificij. de conse. di. j. de fabrica. ¶ Ex quo etiam potest inferri q̄ episcopus nō releuatur ab onere fulciendi ecclesiam etiam de oznamētis p̄opter reddit⁹ fabrice. Quartus casus

quando relinquit pro luminaribus puta p cereis lampadib⁹ ⁊ similibus. Quintus casus p anniuersarijs. id est pro cõmemoratione animaꝝ. anniuersariũ dicit eadem die sepultionis vl defunctionis singulis annis qua ille qui legauit fuit sepultus vel defunctus. Sextus casus pro relicto facto p septima vigesima vel trigesima. ⁊ vult dicere referẽdo se ad varias cõsuetudines locoꝝ in quibus aliqui seruant facere officiuꝫ pro defuncto id est septima die post sepulturam vl vigesima seu trigesima seu alia die q si relinquitur aliquid p huiusmodi officijs dicendis nõ debetur quarta. ⁊ vide de his dicebus. in. c. quia alij. xiij. q. ij. Ultimus casus quando relictum est factum ad perpetuum cultum diuinum. vt puta quando testatoꝛ reliquit certũ quid. vt q̃libet die celebraret in certo altari ⁊ pro capella dotanda vel similibus cõcernentib⁹ perpetuũ cultum diuinũ. ¶ Nota. ibi vel reliquis pijs locis. q nõ solũ ecclesie sunt priuilegiate in predictis casib⁹ sed etiam pia loca gaudent eisdẽ priuilegijs. facit. l. fi. C. de sac. san. eccl. ⁊ qõ no. Jo. an. in. c. j. ⁊ ij. de in integ. resti. li. vj. vbi notãter vult q pia loca possũt petere restitutionẽ in integrũ sicut eccle. Secũduꝫ dictum est q regulariter pia loca tenent ad canonicam portionem. ⁊ que dicunt pia loca. dic q illa in quibus exercet officiũ pietatis. vt no. Jo. an. s. ti. pri. c. fi. ⁊ spe. in ti. de instru. edi. §. nunc vero aliq̃ ꝛ. et scias. vide qõ dixi in. c. officijs. s. eo. ¶ Ultio nota q epi ⁊ parochialis ecclesia possunt de eodeꝫ relicto capere canonicas portiones ⁊ sic possũt concurrere epus ⁊ parochialis ecclesia. Et aduerte q hosti. voluit hic q de quolibet relicto facto p dioce sanum quibuscunq; ecclesijs epi habeat canonicã portionẽ. ecclesia vero parochialis habet suã portionẽ ex relicto facto dũtaxat p parochianũ suũ. Sz contrarium quo ad primum sensit hic Jo. an. ⁊ remittit ad no. in. d. c. officij. sed tu dic latiꝰ ⁊ clariꝰ q epus habet suam canonicã portionẽ ex relictis facti dũtaxat ecclesijs ⁊ alijs pijs locis sibi subiectis per quẽcunq; fuerint relicta. nam hec portio epo debetur nõ ab homine dioces. § ab ecclesia cui factum ẽ relictũ. vt in. c. requisisti. s. eo. ⁊ dixi in. d. c. officij. Ecclesie vero parochiali debet portio ex relicto facto ecclesie sepulture per suũ parochianũ. vt in. c. j ⁊ ij. j. de sepul. potest ergo contingere q de vno relicto detrahant due portiones. puta si parochianꝰ vnius ecclesie elegit alibi sepulturã eidẽ aliqd legãdo. nam ecclesia sepulture debet dare canonicam portionem epo propter onꝰ epale. Item canonicã ecclesie parochiali in satisfactionez iniurie seu laboris quẽ subijt ecclesia parochialis in personam defuncti. qñq; potest cõtingere q vna solũ portio debeatur. vt puta qñ parochianus alicuius est sepultus in ecclesia exempta. nam tunc portio solum debetur ecclesie parochiali. vt dixi in. d. c. officij. qñq; nulla portio detrahit vt si parochianꝰ eccle exempte eligit ibi sepulturam. ⁊ idez dicendũ in similibus casibus. ¶ Ultimo scias q de relictis priuilegiatis de quibus hic soluũt fratres minores ⁊ p̃dicatoreꝫ quartam ecclesie parochiali. vt in cle. duduz. de sepul. ⁊ hodie illa de. est prorogata ad fratres sancti augustini ⁊ carmelitas. ⁊ fuit istud inductum in recõpensationem damnoꝝ que sustinent ecclesie parochiales propter priuilegia concessa dictis fratribus in eo q possunt audire cõfessiones. Itẽ predicare ⁊ recipere parochianos alienos ad sepulturam. An autẽ eccla parochialis debeat dare epo portionẽ de portione quã habuit ab ecclesia sepulture siue ex relictis priuilegiatis siue non. vide per Frede. consi. vj. ⁊ ibi concludit q sic. qõ satis placz per. c. cõquerente. de offi. ordi. vbi dicit q de oib⁹ funeralibus debetur epo quarta. Utrũ legatuz factum ecclesie de certa re quolibet anno debeat perpetuo ⁊ in eternum. vl duret per aliqd tempus determinatum. istam questionem formaꝝ Bar. in. l. annna. ff. ꝺ annu. lega. ⁊ dicit q per tempus determinatum. s. per centum annos. per. l. vsufructum ff. de vsufru. sed ſpe. ⁊ Guil. tenuerũt ꝛriuz. exemplum. lego fratribus quolibet anno prandium.

¶ De successionibus ab intestato. ¶ Rubrica

¶ Supra visum est de successionibus ex testamento. verum qz sepe homines decedũt ab intestato. ⁊ dubitat de successione. ideo post rubricam p̃cedentem subijcit ista. Et scias q intestatus dicit q̃ nullũ vel nõ iure fecit testamentũ. vt in. l. fi. C. fami. her. ⁊ proprie dicit intestatus qui poterat facere testamentum. vnde non valens testari nõ dicitur ꝓprie intestatus. § fm cõmunẽ vsum loquendi qui nõ testatur dicitur intestatus. vt de predictis est pulcher tex. in. l. j. ff. de suis ⁊ legi. ⁊ ibi per doc. ⁊ facit ꝺ ad statuta disponentia de successione intestatoruz an habeant locum etiam in his qui testari non poterant. vt impubes. furiosus ⁊ sines. ⁊ ꝺ his in predicta. l. j.

Sed hoc. Clericus bona p pria dare põt cui vult. sed si decedat intestatus ⁊ nõ habet cõsanguineos succedit ecclesia. hoc dicit iuncta glo. secũ da ps ibi. si autẽ. ¶ Nota primo bo. ar. ex tex. q q̃cquid acquirit epus intuitu psone sibi acquirit ⁊ nõ eccle. vnde de his põt disponere ad libituz facit ad ea que dixi in. c. j. §. ti. pri. vnde hec littera videtur parificare epm ⁊ clericos inferiores. ¶ Nota scõo ar. op. ex tex. q qualiscũq; sit clericꝰ ⁊ quale cunq; habeat bñficiũ nõ disponit ad libitũ de redditibus bñficij. nam vt hic patet hoc pmittit eis respectu bonoꝝ acquisitoꝛũ intuitu persone. secꝰ § si acquisiuerint intuitu beneficij. Et vt dixi pondera qz littera loquit nõ solum de epis ⁊ presbyteris. § etiã de inferioribus clericis. qz cõmuniter habent beneficia simplicia. ⁊ facit ad ea que dixi in. c. relatum. ij. ⁊ in. c. requisisti. s. ti. pri. ¶ Nota tertio ibi q̃s hic pfecerint. q testamentum nõ valet nisi sit pfectũ. vnde si quis incipit facere testamentũ ⁊ nõ perfecit non valet qõ inceptũ ẽ. ita colligit dic do. An. nihil aliud inducẽs. Sed tu aduerte latius. naz primo iste tex. parũ facit. qz supra loquit de donatõe

tamē attingendo substantiā ipius dicti. videt primo q̄ de hoc sit tex. in. l. si is. ff. de testa. vbi ptz q̄ nihil valet scriptura nisi sit pfecta. t hoc indubitatū i dispositione nō fauorabili. Sed dubitat quid i fauorabili. puta inter liberos t ad pias causas. t ē not. questio. nam sepe ptingit q̄ testator incipit facē testamentū t ante pfectionē supuenit furor vl mors nunquid valeat qō inceptum ē. puta q̄ iā legauerat aliqua ecclesijs vel aliter disposuerat inter liberos. Bar. in. d. l. si is. nō attingendo spāliter dispositionē pie cause dixit nō valere. sed i. l. fideicōmissa. §. quotiens. ff. de lega. iij. videt velle q̄ valeat int liberos. videt tñ dubitare. sed in. l. fi. C. famil. her. t in. l. hac cōsultissima. §. ex ipfecto. C. de testa. apte tenuit ꝟrium dicēs q̄ licet valeat testm̄ impfectum rōne solennitatis inter liberos. vt in. d. §. ex imperfecto. t in. d. l. fi. nō tamē valet si est impfectū rōne voluntatis. nā ex quo volūtas nō fuit cōpleta ē impfecta. sed in. l. in testō. ff. de fideicō. liber. tenet apte q̄ ad pias causas valet hec volūtas licet non perfecta. t sic dicit se dixisse in quadā qōne facti. Audiui quendā doc. satis egregiuz tenere ꝟrium. nō tñ allegabat hec dicta Bar. ꝑ mouebat ex eo q̄ dispō inter liberos dz esse magis fauorabilis q̄ ad piam causaz sed iter liberos nō valet. vt i. d. l. fi. ꝯ nec ad piam causam. hoc dictū nō hz bonū fundamētum primo q̄ nō est illud absonū q̄ inter liberos nō valeat. imo Bar. sentit oppositū. in. d. l. fideicōmissa. nec. d. l. fi. hoc probat. Iz ē dictū doct. sed tex. ibi potius facit in oppositū dū dicit q̄ quibuscūq; verbis appareat de volūtate pris inter liberos illa ē seruāda. Itē nō ē verū simplr q̄ dispositio inter liberos sit magis fauorabilis q̄ ad pias causas. imo Bar. apte tenet cōtrariū. in. l. j. C. de sac. san. eccl. qō no. Mihi satis placet vt valeat ad pias causas ex quo legatū vel dispositio erat pfecta. vtputa q̄ trāsiuit ad alia legata. nā nō pōt negari q̄n hic fuit ꝓsensus naturalis. t presumendū ē fauore aie q̄ aliter non disposuisset. facit qō dixi in. c. relatū. el. j. §. tit. pri. forte idē potest dici inter liberos. vt in. d. l. fi. t hec no. q̄ quotidiana. ¶ In glo. in. ℣. sanctificent. ibi tanq̄ sancta deputent hoc nō est exponere. q̄ cuz ista essent bona tpalia nō poterant tanq̄ sancta deputari. Do. An. in quodā notabili sentit q̄ bona ecclesie largo mō dicūt sancta. sed credo q̄ littera dz exponi sanctificent. i. ad vsum sanctoꝝ vel sacrorū deputent. sic in sili exponit gl. in. c. nulli. xij. q. ij. t hec expositio est ꝓpria t clara. ¶ In gl. fi. in fi. tene gl. t fm eā sūmaui tex. t intellige in ecclia cui seruit clericus tpe mortis. t ita apte vult ista lra ibi cui seruit. Ex quo infertur q̄ si clericꝰ habuit priꝰ aliō bñficiū bona sua si diuidunt. sed oia cedūt bñficio cui ad psens clericus ē astrictus. Ex his infert q̄ ℣bū altare positū in lra exponit p ecclia. ad ℞. j. q. iij. altare. ꝓt etiā intelligi fm doc. de altari ꝓprie. nam in quibusdā locis sunt multi clerici nō habentes nisi hmōi altaria in beneficiū. vñ tales decedētes sine cōsanguineis transferūt sua bona ab intestato in h altaria. qō bñ no. Ex hoc etiam habes q̄ id qō accedit altari posito in aliqua ecclia nō accedit ipi ecclesie. ꝑ ipi altari. ex q̄ altare hz bona distincta ab ecclesia. qō intelligo qñ ꝓprie obuenit cōtēplatiōe altaris. secus si cōtēplatiōe ecclie. puta si fiunt oblationes i illo altari. nā sūt oblationes de iure parochiali. iō nō cedūt altari. sed ecclie. ad h bo. tex. in. c. ad audientiā. de ec. edi. inducendo p locuz a speciali. t vide qō dixi in. c. pastoralis. de his q̄ fiūt a prela. Et ex his habes intellectū iuriū q̄ simplr dicūt bōa clerici intestati debere cedere ecclie si nō hz consanguineos. dz eni intelligi de ecclia late sumpta. vt ꝓprehendat oñe bñficiū etiā sine cura. t fac. c. relatum. el. ij. §. ti. pri. Quid aūt si clericus non habet ecclesiā t decedit ab intestato. credo q̄ bona debēt deuenire ad epm. t ipe disponet fm deū. p hoc qō no. Inno. in. c. insinuante. qui cle. vel vouen. t ali quid dico in. c. in presentia. de proba. facit qō no. Frede. cōsil. xxv. t hoc notabis.

¶ Iuncto. Si pbyter intestatus decedat ō patrimonio suo fiunt quattuor portiones ꝓut hic habet. t nō tenet h hodie fm gl. t sic vult q̄ hodie istud. c. sit correctū. sed huic lec. ob. qō habet. §. in pemio resectis supfluis. tē. iō fm aliū intellectū singularē sum mat aliter t sic. Si olim seruus pbyter factus intestatus decedat. eius bona diuidunt fm formā hic cōtentam. Et primo ponit excessus relatio. secūdo eius ꝓhibitio. ibi interdicimus. tertio peculij diuisio ibi peculiū. quarto pene inflictio. ibi. t si quis. ¶ Nota ibi partes sibi vendicēt. tē. q̄ dñs vendicat sibi partē de substantia sui serui. sed contra hoc facit insti. p quas pso. nobis acq̄rit in. §. Itē nobis vbi dicit q̄ q̄cquid acquirit seruꝰ. acquirit dño. ergo nō partē. ꝑ totū vendicat sibi dñs. So. intellige tex. fm Hosti. in seruis manumissis. t sic in libertī de quoꝝ substantia patronus vendicat sibi partez t nō totū. vt insti. de suc. liber. §. sed nostra. Et ex hoc infert ad intellectū huius. c. vt intelligat de pbyteris qui prius fuerunt serui. ad quoꝝ substantiā patroni volebant venire sicut ad substantiā aliorū libertorū. qō hic interdicit. t de hoc. j. cū glo. ¶ Nota secūdo q̄ factus liber respectu diuinoruz est liber censendus quo ad oia tpalia. t videt nota biliter ꝓbare iste tex. q̄ dñs qui ꝓsentit vt seruꝰ promoueret ad sacros ordines nullū ius retineat i seruo. vnde pdit ius succedendi sibi delatū a iure ciuili. t vide qō no. in. c. nullus. t in. c. de famul. ō ser. nō or. ¶ No. tertio ibi ꝑter diuinū officiū. q̄ seruꝰ ꝓmotꝰ de ꝓsensu dñi tenet impēdere dño diuinuz officiū. qō videt procedere si dñs retinuit apud se has opas spāles. de q̄ dicendū vt plene no. in. d. c. nullus. ¶ No. vltimo ex fine lre vnū mirabile dictū qō videt ꝓbare iste tex. videlicet q̄ si vni ex heredibꝰ aufert sua portio tanq̄ ab indigno nō applicat fisco seculari licet heres sit secularis ꝑ potius fisco ecclie habito respectu ad qualitatē relinquētis q̄ fuit clericꝰ. t h facit ad multa. nisi dicamꝰ hunc tex. ponere speciālē ꝓuisionē. Itē ex h t ex tex. collige aliud no. dictū q̄ id qō venit applicandū fisco ō bonis clericoꝝ nō venit applicandū fisco pape. sed potiꝰ epo loci vt dispenset diligent ad vsū ecclie. et

sic facit etiã tex. p his que dixi in. c. precedenti. q si
clericꝰ decedat sine ꝓsanguineis ꝛ sine bñficio inte-
status bona debẽt deuenire ad manꝰ epi vt i vsum
ecclie. s. vniuersalis diligent' distribuat. non vt sibi
appropriet. ¶ In gl. j. ibi semp ẽ p ecclia ꝑsumẽdũ
no. gl. ꝭ de hac mã vide qđ latius dixi in. c. inqren-
dũ. de pecu. cle. ꝛ p Inno. ꝛ p Jo. an. in. c. cũ i' offi-
cijs. ẽ. ti. prĩ. ¶ In ea. gl. ibi nõ credo bñ hodie hꝫ
locũ. ꝛc. vult ꝯ gl. q bñ. c. hodie nõ ꝓcedat. q̃ lect. nõ
ẽ tuta nec bona q ea q̃. ẽ. dixi. vñ tene lec. ꝓcedentez
q̃ fuit Lau. quã cõiter sequũꝫ doc. vt intelligak iste
tex. in ꝑbyteris q̃ ex seruitute ꝓmoti sunt ad sacer
dotiũ dominis ꝓsentientibus. ꝛ p hac lec. facit tex.
ibi ꝑbros suos. ꝛ ibi sicut de ꝓprijs seruis. ꝛ melꝰ
ibi sicuti liberti facti sunt. ꝛc. ꝛ in istis ꝓcedit dispo-
stio huiꝰ. c. ꝛ merito aliud statuiꝫ in substãtia istoꝝ
ꝯ alioꝝ clericoꝝ. nã ex q̃ intuitu diuinoꝝ ꝓsecuti
sunt libertatẽ facilius debet eoꝝ substantia in opa
pia distribui. ꝛ intelligo cũ isti decedãt ab intestato
vt cõueniat rubro. nec per alia iura generaliter lo-
quentia de bonis clericoꝝ. bñ. c. dz corrigi. ꝭ ponꝰ
illa p istud limitari. qz generi derogak p spẽm. vt in
regula generi. de reg. iu. li. vj. Jtẽ qz correctio iuri
um ẽ cõtrãda. vt in. c. cũ expediat. de elec. li. vj.

Cum dilectus. Rector ecclie .dicit' intestatꝰ
si nullũ fecit testamentũ. vl' fecit ꝭ furiosus
ꝛ tali succedat ecclia si nõ hz ꝓsanguineos. secꝰ aũt
si apparet illũ fuisse monachũ vel sana mente testa-
tum. sic sũmat Jo. an. ꝛ cõiter sequẽ. ꝭ hec sũmario
de nihilo ꝓuidet. nec ꝓtinet in se aliquã difficultatẽ
ideo attingẽdo duos notabiles ꝛ singulares intel-
lectus huiꝰ. c. sũmo ꝑm quẽlibet intellectũ ꝛ primo
sic. Valet testũ ad pias causas ꝓditũ q ꝛba enun-
ciatiua etiã ꝓpter aliud plata ꝯ̃ ꝯ̃ successio seu te-
statio veniat ad exclusionẽ alteriꝰ ecclie. vel alit ꝑm
aliũ intellectũ. Per vnũ testẽ de veritate ꝛ per ꝓfes-
sionẽ etiã incident factã ꝓbat oblatio etiã q̃ ad effe
ctũ ꝓsequendi bona oblata. Diuidit hoc. c. in ꝗtuoꝛ
ptes. In ꝑma pte ponit factũ decisũ. In secũda
motiuũ pape ad sniam. In tertia allegatio epi diffi
cultatis. In ꝗrta diffinitiue cõmissio. Scõa ibi suffi
cienter. tertia ibi. qz ꝛbo. quarta ibi nos. ¶ No. pri-
mo iuncta glo. j. q qs põt se ꝛ sua dedicare mona-
sterio absq eo q efficiak monachus. ꝛ talis põt di-
ci oblatus. ꝛ ẽ q̃si seruꝰ monasterij. vide ad hoc qđ
no. in. c. vt lex. xxvij. q. j. facit de. j. de deci. in fi. Nũ
quid aũt in hac dedicatione veniant bona futura.
ꝑdicta gl. sentit q sic. ꝛ ibi vide p Archi. secꝰ dic si ta
lis dedicatio fieret ecclie seculari. nã obtinet vires
ꝑm qualitatẽ ecclie cui fit. ꝛ bñ faciũt ꝓ dicto Bart. i
l. fi. C. de pac. vbi voluit singulariꝫ q absq eo q qs
dedicet se põt oĩa bona sua pñtia ꝛ futura dare ec-
clesie. nã si põt dare se ꝛ sua vt hic. fortiꝰ oĩa bona sĩ
ne se. ꝛ facit q ipe no. in auẽ. ingressi. C. de sa. sanc.
eccl. ꝛ hec no. ¶ Scõo no. q abbas põt agere nõie
monasterij sui absq mãdato capituli sui. de q̃. in. c
edocceri. ẽ. de rescp. ¶ No. tertio ibi i extremis agẽs
q actus dependẽs a mera volũtate põt exerceri a la
borante in extremis. satis est q sit sanꝰ mẽte a qua
dependet validitas actꝰ. Et ex bñ ꝛ tex. no. q tã cõ-
tractus ꝯ̃ ꝓfessio pñt fieri in extremis etiã i vltima
voluntate. ad bñ. c. ꝯ̃ ꝯ̃. de vsur. li. vj. ꝛ i. l. heredes
palã. in fi. ff. de testa. Jtẽ no. q vnꝰ testis nõ ꝓbat
oblationẽ sen ꝓfessionẽ alicuiꝰ. vñ sicut i ꝓphanis
ita in spũalibꝰ vnꝰ testis nõ sufficit ad ꝓbationẽ. ad
bñ. c. licet vniuersis. de testi. ¶ No. ibi. pñtia abbatis
q ꝓfessio ꝺz fieri in pñtia ptis etiã sĩ ps accidentalit
ẽ ibi repta. ꝯ̃ ꝯ̃ expẽsse ipe nõ acceptauerit ꝓfessiõez
p se. ꝛ in bñ tene mẽti istũ tex. Jtẽ facit iste tex. opti. i
ar. q cõfessio etiã declaratoꝛia actꝰ ꝑteriti requirit
pñtiã ptis ad sui validitatẽ lz fiat extra iudiciũ. facẽ
ad ea que no. in. c. fi. de ꝓfes. ꝛ in. l. certũ. ¶. si qs ab
sente. ff. c. ꝛ in. l. generalit. C. de nõ nu. pe. ¶ No.
ibi vehemẽter adminiculãtes. tex. opt. ꝑm vnum i-
tellectũ vt vnꝰ testis de veritate plene ꝓbat cũ cõ-
fessione extra iudiciũ facta sup existẽtia actꝰ lz con-
fessio sit incident facta. ꝛ p bñ dicẽdũ q si p vnũ testẽ
ꝓbo q tibi mutuaui. ꝛ. p alios ꝓbo q fuisti ꝓfessus
mutuũ licet incident iste due semiplene ꝓbationes
debent cõiungi. ꝛ plene ꝓbant mutuum ꝯ̃ ꝯ̃ actoꝛ
fundauerit se sup mutuo ꝛ nõ sup cõfessione. ¶ No
ta q verba enunciatiua plata ꝓpter aliud inducũt
dispositionẽ in vltima voluntate. ex quo indirecte
ex verbis põt elici mens testari volẽtis. ꝛ bñ colligit
ꝑm aliũ intellectũ. hoc tñ declara. vt. j. dicã. Jtẽ no.
q furiosus seu mente alienatꝰ nõ põt testari etiam
ad pias causas. ꝛ bñ qz nõ hz iudicium intellectꝰ a q̃
dependet validitas testamẽti. Jtẽ no. q etiã in ex-
tremis ꝓsumit qs sane mẽtis. vñ asserenti ꝓriũ in-
cũbit onus ꝓbandi. nam vt hic vides eps hz ꝓba-
re q archipresbyter nõ erat mentis cõpos qñ illa
protulit in extremis. facit. c. raynutius. ẽ. ti. prĩ. vbi
testatoꝛ erat in extremis cõstitutꝰ. Jtẽ no. q in cau
sa cõuentionis ꝛ recõuẽtionis possunt ꝓduci duo
libelli ꝓrij. de quo q Inno. in. c. cũ cõtingat. de offi.
dele. ꝛ facit. licet. de ꝓba. ¶ No. ibi noie parochi
alis ecclie. q eps põt in iudicio cõtendere tã peten-
do ꝯ̃ defendendo noie ecclie inferioris sibi subie-
cte. ꝛ ad bñ quotidie allegak iste tex. ꝛ clarius tz hoc
Inno. hic dicẽs q nõ solũ põt eps vacante ecclesia
inferioꝛi vt hic vacabat. ꝭ etiã si ecclia haberet suũ
rectoꝛẽ. nã eps ẽ ꝑlatus oĩm eccliaꝝ dioceꝭ ꝛ ꝓcoꝛ-
dinatoꝛ in cunctis. ꝛ. q. j. in. c. regẽda. ꝛ in. c. noue
rint. xvj. q. vij. oĉs basilice. nec mirũ. nam ꝛ ꝓlati
inferioꝛes agunt p ecclijs sibi subiectis. vt in. c. j. ẽ
rescp. i cle. ꝛ in. c. ex transmissa. de ꝑscrip. Quis aũ
tẽ sit ꝓferendꝰ si cõcurrat ꝑlatus supioꝛ ꝛ imediatꝰ
plene tetigi post doc. in. c. cum deputati. de iudi.
¶ Vltimo no. ibi monasteriũ cõdẽnek. ꝛc. q lz ꝑlatꝰ
sit in iudicio noie ecclie sue. tñ verba snie dispositi-
ua pñt ꝓferri in eccliam. Ex quo inferri põt q lz sin
dicus fuerit i iudicio põt cõdẽnari vniuersitas seu
ecclia ꝛ nõ sindicꝰ. ad. bñ. c. licet. de ꝓba. qđ ꝓcedit
etiã de iure ciuili. iuxta no. p Bar. i. l. stipulatio. ¶.
si stipuloꝛ. ff. de ꝛbo. obli. ¶ Opo. ꝫ tex. videk eni
ꝓrietatem ꝛ absurditatẽ in multis cõtinere. primo
qz ex quo iste archipbr̃ dilucida voce fuerit confes
sus in pñtia abbatis q se ꝛ sua obtulerat monaste-
rio. hec sola ꝓfessio actꝰ ꝑteriti declaratoria debuit

sufficere ad pbandū eū ee oblatū. cū standū sit confessioni alicuius ꝯ se. xiij. q. ij. ista ꝑn. t iij. c. p tuas. de pbat. t de ꝓfes. p totū. ergo male dicit lfa q isti testes sufficient nō pbāt intentionē abbatis. Itē videt tex. ꝯrius in. x. sufficient. vbi ꝺr q sufficient fuit pbatū. nā de significato huius verbi sufficient ē vt nihil aliud requirat. vt no. gl. in. c. statutū. ō resc. li. vj. in ꝑn. Itē p verba indirecta etiā enunciatiua actus ꝓteritū inducit testiū. vt in. l. ex hac scriptura ff. de dona. vbi dicit q si quis dixit talē rem donaui sempronio. ex ꝟbis pbat q voluit donare sempronio. vnde capit ille vt legatarius. Cū g archipbyter hic dicit q se t sua cōtulerat monasteria in ꝑsentia testiū hec ꝟba debēt sufficere ad eliciendā volūtatē ipius q indirecte voluerit monasteriū heredē facere. cuius ꝯrium innuit iste tex. cū dicit q illi testes sufficienter nō pbant. So. ꝓpter ꝟba t multa alia ꝯria q̄ fieri ad istā lfam glo. hic multū inuoluūt intellectū huius. c. t difficiliores sūt gl. t magis ꝯrie ꝛ tex. Et hec difficultas ozik qz varij intellect⁹ fit ex lfa elici. t glo. q̄ꝛ fundat se sup vno t q̄ꝛ super alio. ꝫ nō instando sup verbis glo. vt clare habeas mām huius. c. scias q duo sūt ꝑncipales intellect⁹ hui⁹. c. Primus q abbas fundauit se sup illa cōfessione tāꝛ super vltima volūtate quasi per illa ꝟba nō posset testari voluerit indirecte monasteriū facere heredē. t ex hoc capite obtinuit abbas. Hunc intellectū sentit apte glo. iij. t fuit additio tpe Inno. facta. nā Inno. sentit primo hanc lecturā t ad tex. dū dicit q vehemēter testes adminiculabant. rādz q huic ꝑsumptioni stat. q̄si velit tex. q illa cōfessio apte nō pbabat volūtatē vltimā seu testamēti facti onē. sed vehement ꝑsumebat. cui ꝑsumptioni tāꝛ violente stat. nisi pbet ꝛtrariū. t ideo onus pbādi q mente alienata dixit illa verba incūbit ep̄o. hanc etiā lec. sequūtur hic Jo. an. t Hosti. Sed ꝯ hāc lec. fortiter opo. verba enūciatiua plata ꝓpter aliud nō inducūt dispositionē. vt ē tex. in. c. si papa. ō priuile. li. vj. nā lz papa in rescripto delegatorio incidenter asserat aliquē ee exemptū p hec ꝟba enunciatiua nō pbat exemptio. qz illa ꝟba nō sunt prolata ꝑncipaliter sup exemptōe. ad idē. l. nō nudis. t. l. nō ꝑplis. C. de pba. vbi ꝓz q verba q̄ enūciant ad aliū fin̄ dicunt nuda. ita q nō pbant enūciatū sed hic ista verba fuerunt plata ꝓpter aliud. qz archipresbr fuit requisit⁹ vtrum vellet facere testiū. t ipe vt satisfaceret requisitioni dixit q nō poterat testari. qz donauerat se t sua mōasterio. t sic hec verba fuerunt indirecte plata nō aio cōdendi testiū. ꝫ aio satisfaciendi requisitioni. Nec ob. lex ex hac scriptura. qz ibi verba enūciatiua fuerūt prolata ꝑncipaliter ꝓpter se t nō ꝓpter aliud. qz ibi testator dixit sponte sciant heredes mei q vestes meas donaui libertis meis. iō nō imerito inducūt legatuz. qō nō fuit in casu nr̄o. Sed saluādo ꝑmissū intellectuz pōt dici q hec verba enūciatiua etiā ꝓpter aliud plata inducūt dispositionem in dispositis ad pias causas. sed in alijs relictis hec verba nō sufficerent vt in cōtrarijs supra formatis. t sic restringas glo. iij. t dictū Inno. hanc lec. ad istū text. repio Bar. sensisse aperte in. l. j. C. de sac. sanc. eccl. vbi formar qōnem. nunquid p verba enūciatiua incidenter plata inducat dispositio ad piā cām. t cōcludit ꝑmo q sic p istū tex. Secūdo qz in testamento miliū sufficiunt hec verba. g̃ fort⁹ ad piam causam. vt in. l. ex his verbis. C. de testa. mili. Tertio qz ex his ꝟbis satis apparet ꝓsensus de iuregētiū. alꝫ eni in milite nō inducerēt dispositionē. sed in dispositiōe ad pias causas sufficit solennitas iurisgentiū. vt no. in. d. l. j. t in. c. relatū. el. j. ꝫ. ti. ꝓri. Et hunc intellectū puto verissimū in se. t eū notabis. sed nō cōuenit lfe. Primo qz vt ꝓz in ꝑn. c. abbas. fundat se super oblatione. t sic sup acta inter viuos. g nō poterat obtinere etiā plene pbando dispositionē i vltima volūtate. qz snia nō cōformis petitioni ē nulla vt in. l. fi. C. de fideicō. liber. t in. c. lz heli. de simo. t in. c. qualit t q̄ñ. el. ij. de accu. Itē in dubio snia recipit interptationē vt cōueniat petitioni. qz talia sunt subiecta ꝙa ꝑdicata. vt le. t no. in. c. inter dilectos. de fide instru. g interptandū est q abbas lz obtinuit nō vigoze vltime volūtatis que nō conuenit petitioni. sed vigoze oblationis sup qua fundabat libellus. Scōo ob. huic intellectui in alio text. iste in eo q dicit q illi testes nō sufficient pbant intentionē abbatis. sed tanē vehement adminiculātes assertionē ipi⁹ plurimū adiuuabāt. que verba clare innuūt q abbas nō obtinuit ex capite vltime volūtatis. nec erat ꝑsumptio violēta. qz illa q̄ non sufficit ad snīam nō ꝺr adminiculare vel coadiuuare. ꝫ pot⁹ fundare t pbare. nā de significato hui⁹ verbi adminiculare ē vt p se plene nō probet. ꝫ adiuuet ad pbationē cōplendā. Itē assertio abbatis erat ex oblatione. t hic papa dicit q isti testes adiuuabant assertionē suā. t sic inducunt ad pbandū oblationē t si testi fractionē. t iō tenēd⁹ ē scōs itellect⁹ vt dicam⁹ q abbas lz obtinuit vigoze obligationis quā pbauit p vnū testē ꝺ visu t p ꝓfessiōez ipi⁹ oblatiōis i extremis factā. nā testi vn⁹ ꝺponēs ꝺ ꝟitate actus t duo deponētes sup ipius act⁹ ꝓfessione iungunt ad faciendū plenā pbationē. vt no. in. c. cū cām. de proba. no. Bar. in. l. admonēdi. de iureiurā. Et si diceres q ꝓfessio p se sola debuisset sufficere vt p totū ti. de ꝓfes. repio qꝺ idē Bart. sensit ꝫm intellectū ad istū tex. in. d. l. admonendi. in. xv. colū. dicēs p istū tex. pbari q p vnū testē de veritate t p ꝓfessionē factā in abūtia ptis pbat veritas actus. t sic sensit q abbas hoc obtinuit vigoze oblationis t nō vigoze vltime volūtatis. Et ꝙꝛ dictum suū sit notabile t menti cōmendandū. s. q cōfessio facta in abūtiā ptis inducat semiplenā probationē tiū nō pbat q illū tex. Unde nō videt Bar. ponderasse istā lfam q̄ apte dicit q in pñtia ptis archipbr cōfessus fuit se fuisse oblatū. t. t iō dic q ista ꝓfessio per se nō plene probabat. qz fuit incident facta. scz ad interrogationē alterius querētis si vellet testari. t iō iste tex. hic dicit q isti testes non sufficient probabāt. s. oblationē. sed multū adiuuabāt intentionem abbatis fundantis se sup oblatione. vnde fac ꝫ ista cōfessio semiplenā pbationē. vt no. i. c. fi. de iureiur. facit. c. sup eo. de testi. t due semiplene

vniuerso inferk ad possessionē iuris vniuersalis. nam vt vides hic, pbando exercitium istoz duozū iuriū vel sacramentozū inferk ad possessionē omnium iuriū epalium. ꝛ ex hoc videtur inferendum ꝙ possessio vnius articuli extendik ad possessionē vniuersalem totius iurisditionis. qđ videk cōtra. c. audiuis. ꝛ. c. cuz olim. de prescrip. vbi patet ꝙ exercēs certa iura epalia solum prescribit in illis que exercuit. Ad idē glo. ꝛ Bar. in. l. j. §. siquis. ff. de iti. actuꝫ priua. vbi dicit ꝙ ptendens habere iurisditionē in loco tantū obtinet quantū pbat se exercuisse ꝛ nō amplius. ideo infert ꝙ si inferior a principe dicit se habere ptātem exigendi vectigalia ex prescriptione solū obtinet in illis rebus in quibꝰ pbat se exegisse. ꝛ optime facit. c. cū cōtingat. §. de deci. Cuius cōtrarium hic innuik. ¶ Sol. ex dictis Inn. potest colligi notabilis limitatio ad oia predicta. dicit enī hunc tex. pcedere qñ iste locus de quo erat cōtētio erat in dioceſi istius epi. vel saltem non cōstabat ꝙ erat in dioceſi alterius quasi notabiliter sentiat ꝙ vbi ius cōe nō fundat intentionē alterius ꝙ exercitium certi articuli probak possessio vniuersalis iurisditionis. secus aūt vbi locus pertinet ad alium. qz tunc possessio nō extendik ad articulos non possessos vt in cōtrarijs. hoc tū vltimum limita vt no. Inn. in. c. cū dilectus. de capel. mona. Et hec faciunt ad qōnem quotidianā. Quidā laicus longissimo tpe fuit in possessione pñtandi rectorē in certa ecclesia taliꝫ patronus nō pōt pbare verū patronatum. nunqđ ꝙ exercitiū ipius iuris cōpetētis patrono pbetur quasi possessio totius iurispatronatus vt sic ex prescriptione istius actus intelligatur pscriptum totū iuspatronatus. Archi. in. c. j. de iurepatro. li. vj. tenet ꝙ nō. vnde dicit difficilimū eē pbare patronatū antiquū. qz per illius actꝰ pñtandi exercitiū solum pbak possessio iuris pñtandi.

¶ Sed cōtrarium ꝛ rectius sentit Jo. an. in regula qđ alicui. de re. iu. li. vj. in mercu. ex quo nō cōstat ꝙ iuspatronatus ptinet ad aliū pſumendū est qđ ꝙ tinet ad istū qui exercuit vnū ius cōpetēs patronatuī. vt in isto tex. singulariter pbari videk qđ bene notabis. Itē faciūt ꝓdicta ad aliā questionē. pone ꝙ epus exercuit vnū ius episcopale dūtaxat in aliquo hospitali nō cōstat ꝙ hospitale sit religiosū nū quid per exercitiū illius iuris possit epus ibidē exercere omnia iura episcopalia. ꝛ prima fronte videk dicendū ꝙ sic. ar. huiꝰ tex. Sed cōtrariū consuluit Frede. cōsil. ccxxv. qz de possessione vnius articuli nō ē inferendū ad alios articulos. vt in. d. c. cū contingat cū similibus. Nō obstat iste tex. qz locus iste necessario debebat eē subiectꝰ alicui epo. ideo pſumptio ē ꝙ eo qui exercuit ibi aliqua iura. ꝓ nō sic ē in hospitali. qz hospitale nō religiosū nō tenetur epo ad iura epalia. c. ad hec. j. eo. iō sumꝰ extra terminos huius. c. ꝛ sic dicamus tantū fuisse pscriptū quantū probak fuisse possessū. ꝛ facit hoc ad mltas questiones. Et no. ꝙ vbi hospitale nō aparet religiosum nō sufficit epo ad probandam subiectionē probare exercitiū alteriꝰ iuris epalis. ¶ In glo. in x̄. locis. ibi. hec duo sacramēta. videk glo. exigere ad verificationē lre ad exercitiū istoz duozū sacramentozū. Idem sentit gl. ij. sed tu tene qđ supra dixi post Inno. vt sufficiat exercitium vnius iuris ex quo nō cōstat de iure alterius. quid autez si nemo epozum ibi exercuit iurisditionē aliquā. dicit Hosti. ꝙ si epi cōtendentes sūt sb eodē archiepiscopo ipe hoc diffiniet. vt in. c. sane. de fo. compe. ꝛ indubie poterit cōferre cui voluerit vel sibi retinere. ar. c. quoniā de deci. ꝛ nota bñ istud dictū. ꝛ potest eē rō qz p archiepiscopo cōstat cū sit in prouincia sua sed de iure epozum ignorak. ¶ Nota etiā ꝙ sup locis ꝓuincie nō cōstitutis infra certam dioceſim archiepus fundat intentionem suam. qđ est bene notandum. qz iure hoc clare nō probak. Si autez epi sunt diuersarū ꝓuinciarum tunc dicit Hosti. ꝙ vel sorte dirimet questio. ar. l. sed eum ambo. ff. de iudi. ꝛ. xxvj. q. ij. c. sors. vel recurrek ad papaz. ꝓ ego nō video rōnem huius mēbri. nā si solus est in prouincia archiepiscopi. ꝛ nō cōstat ꝙ infra certā dioceſim alicuius epi nō debet eē locus sorti in ꝓiudiciū archiepiscopi vel primū mēbrū ipius ē falsum.

C Olia monasteriū. Nihil iuris dependit epo in cuius dioceſi sita est ecclia quam papa vnit ecclesie alterius dioceſis. ꝛ ē casus quotidianus ꝛ notabilis. primo ponit vnionē ꝛ eius cāz scō ibi ipm aūt vnā determinationē cuius subdit generalē determinationem. ibi. nam. ¶ Nota primo vnā legitimā cām vniendi vnū monasterū alteri scz cū est desolatū seu destitutū. forte enī perdiderat temporalia vel destituta religiosis. ꝛ hāc vnionē ex causa posset facere epus loci. vt in. c. sicut vnire. j. de excel. pla. ¶ Secūdo no. ꝙ appellatione rū nō veniūt actiones donans ergo res suas non videk donasse actiōes sibi cōpetentes. de quo vide qđ legi. ꝛ no. in. l. mouentiuz. ff. de vbo. sig. ꝛ. l. bonozū. eo. ti. ꝛ qđ dixi in. c. nulli. §. de re. eccl. nō alie. ¶ Tertio no. ar. ꝓ ꝛ cōtra ꝙ vnita ecclesia videk vnita omnia iura cōpetētia ipi ecclesie. ꝛ hoc procedit etiā si nō exprimak sicut in patrefamil. trāseunte in ptātem alterius p arrogationē. nam trāseūt oia iura que adherebāt pſone fue taliꝫ accessoria. l. si adoptauero. ff. de preca. facit qđ legi. ꝛ not. xix. q. vlti. si qua mulier. ¶ Item nota ꝙ epus fundat intentionē suam de iure cōi sup omnibus ecclesijs ꝛ pijs locis etiā religiosis sitis in dioceſi sua etiam si ille ecclesie sint vnite ecclesijs alterius dioceſis. ¶ Et facit iste tex. ad questionē quā ponit Bar. in. l. si conuenerit. ff. de pigno. acti. si aliquod castrū vel comitatus accedat alicui regno vtrū debeat regi ſm statuta ꝓpria ipsius castri vel comitat aut ſm statuta regni. Itē facit ad aliā questionē quotidianā si epus ex causa imponit aliquā collectaz ecclesijs nū quid ista ecclesia tantū collectabitur in dioceſi vbi ē sita. vel in dioceſi ecclesie cui est vnita. de qua vide per Archidi. ꝛ Jo. an. in. c. j. de immu. eccl. li. vj. ¶ Ultimo nota ꝙ princeps in dubio nō videtur velle piudicare iuribꝰ singulorum. facit. c. super eo. ō off. dele. ꝛ. l. ij. §. si quis a principe. ff. ne quid in lo. publi. Quid aūt si imineat alienatio rei ecclesie vnite

quis eporum habebit interponere auctoritatez. vi de Inn. in. c. pastoralis. de p̃ben. ℞ Archi. in. c. i vē ditionib⁹. xvij. q. iij. ℞ p Bar. in. l. cunctos p̃los. C. de sum. tri. Itē vt̃ patronus ecclesie p̃cipalis efficiat patronus vnite. vide p spe. in ti. de iurepa. in fi. ¶ Ultimo hic querit vtrū in isto monasterio vnito erit amplius abbas. doct. vident velle q̃ sic. dicūt enī q̃ ex quo vnit monasterium vt monasterium dz cōseruari in statu suo. ℞ sic debet hr̃e p̃gregationē monachorū ℞ abbatem solitū. qz nō alterā tur iura ecclesie p vnionē. argu. hic. secus dicunt si monasteriū vniretur vt capella. qz tunc ex quo mutat naturam suam assumit iura capelle. ℞ sic debet cōseruari vt capella qō no. ℞ idem videt quādo papa concedit vnam ecclīam loco religioso ad vsus p prios. debet enim eā cōseruare in statu suo. ℞ reddi tus superexcrescentes dūtaxat recipere. de quo per Inno. in. d. c. pastoralis. de priuile. ℞ in. c. in lateranen. de p̃ben. Hec dicta vera intelligo qū facultates ecclie vnite sup̃etūt ad p̃seruandū eam in prio ri statu. Nam si ecclesia ē depaupata ita q̃ non pōt tenere collegium monachorū vel solitum statū. tūc sufficit q̃ ecclesia cui facta est vnio faciat illi deseruire p clericū secularē. arg. optimū in cle. ne in agro. §. ad hec. de sta. reg. facit. c. inter quattuor. ī. e.

D Exenodochijs. Breue ē. vel p alia verba pōt sic sūmari. Ep̃o subsūt oia loca pia ℞ ad eius sollicitudinē debēt ordinari ad vsum destinatū. ¶ Nota primo q̃ hospitale q̃cūq; appellatur xenodochiū. ℞ de varijs vocabulis hospitaliū. vide tex. xxiij. q. viij. sancitū. ℞ i. l. omnia. C. de epi. ℞ cle. Secūdo nota arg. opti. q̃ ad ep̃m p̃tinet alio nō apparente ponere rectorē in his hospitalib⁹. ℞ si hospitale haberet patronū. facit hec lr̃a in argu. optimū. q̃ ad ep̃m p̃tinet cōfirmatio vt innuit lr̃a ibi. ordinent qō latius dixi in quadā disputatiōe que incipit sempronio⁹. ¶ Tertio nota ibi ad casdē vtilitates. tē. q̃ hec hospitalia pertinēt ad ep̃m nō vt disponat de redditib⁹ ad libitū sed vt ordinet ad vsū destinatū. vnde nō potest ep̃s peruertere vsum destinatū rei religiose. ar. in cle. qz cōtingit. de reli. domi. nunquid autē iste tex. vendicet sibi locū indifferenter in omnib⁹ hospitalib⁹. credo q̃ nō. sed i his que sunt edificata auctoritate ep̃oz tanq̃ religiosa vt in. c. p̃ri. Sed si nō sūt religiosa. puta qz edificata sine auctoritate epi nō habet ep̃s de his se impedire sed patronus hospitalis ad libitū disponit. vt in. c. inter dilectos. ℞ ibi p Inno. de dona. qō puto verū nisi patron⁹ eēt mortu⁹ qz tūc ad curam epi p tinet vt volūtas pia defuncti mandet executioni. vt videt tex. in auē. de ec. ti. §. si quis aūt p redēptione cum se. vn de licet talis locus nō teneatur ep̃o in ep̃alibus respondere. tamē ep̃s debet habere cura ipius ex quo locus est pius. ℞ facit qō dicā ī. c. p̃ri. Utrum autē religiosi ℞ laici vel clerici seculares possunt eē rectores hospitaliū. vide glo. ℞ ibi p doct. in. d. cle. qz cōtingit. ℞ p̃clusio ē q̃ religiosi nō possūt deputari nisi habeant ecclīam curatā. vel nisi hospitale eēt subiectū monasterio. ℞ monach⁹ deputaret per abbatē tanq̃ obedientiarius. ℞ hoc vltimū sensit Frede. cōsilio. clv. clerici vero seculares possūt eē rectores. sed nō possūt habere in titulum vt in cle. p litteras. de p̃bendis. laici etiā possunt eē dūmodo nō sint suspecti. ℞ vide hodie ad determinationē ℞ declarationē huius text. qō habet in. d. cle. qz cōtingit. vbi habetur de cōfectione inuētarij ℞ de rōne reddenda.

A Bhec et infra. Loc⁹ auctoritate epi ad vsum hospitalitatis deputatus est religiosus. ℞ ad mundanos vsus redire nō dz. primo de cisa cōsultatio. secūdo responsio ibi inquisitioni. ¶ Nota primo ex isto tex. q̃ hospitale nō efficit religiosum nisi fuerit edificatum vel deputatū ad hospitalitatē auctoritate epi. Ex quo infert q̃ priuata persona nō pōt facere locū priuatū eē religiosum. Et inducit iste tex. cōtra dispositionē iuris ciuilis. vt licet cadauer sepeliat in certo loco. nō tamen ille efficiat religiosus. licet ius ciuile disponat cōtrariū de quo vide qō dixi in. c. pe. de sepul. ¶ Itē no. ar. a cōtrario sensu. q̃ hospitale edificatū seu deputatū sine auctoritate epi potest redire ad humanos vsus qō intellige eo viuēte qui edificauit hospitale. nam licet cuiq; fm Inno. ℞ bene i domo sua erigere hospitale. ar. in. c. vnicuiq;. de cōse. di. j. ℞ melius i. c. j. de emp. ℞ vendi. ℞ inde tractu temporis tollere lectos ℞ reducere ad statū pristinū. p hoc. c. inter dilectos. ℞ qō ibi p Inno. no. §. de dona. secus puto vbi decessit is qui hospitale ordinauit. p auē. de ec. ti. §. si quis edificationē. ¶ Itez no. q̃ vestes ℞ alia vtensilia ecclesie deputata ad religionis cultū non debent ampli⁹ ad vsus humanos deputari. ¶ Ex q̃ infero q̃ male faciunt illi qui de vestibus sacris seu religiosis vetustate iā cōsumptis faciūt fieri vestes aptas p dominab⁹ seu bursas seu quid sim le. ℞ vide ad predicta tex. in. c. ad nuptiarū. de cōse. di. j. vbi dicit q̃ vestes ecclesie nō debent cōmodari ad ornatū nuptiarū nec ad aliū vsum mundanū. quia vident pollui. ℞ sic postmodū eē indigna ad cultuz religionis. ℞ ex illo tex. colligit ibi glo. no. q̃ de veste alicuius domine vel alterius nō debet fieri casula vel aliud vestimentū eccliasticū licet cōtrariū obseruetur ℞ male. ¶ Ultimo hic querit nunquid liceat priuato edificare hospitale sine auctoritate pōtificis. quidā q̃ sic dūmodo nō habeat oratorium. Hosti. sentit q̃ etiā cum oratorio potest cōstrui sed nō debet ibi celebrari sine auctoritate pōtificis. ar. in. c. vnicuiq;. de p̃se. di. j. ℞ b veri⁹. ℞ allego tex. ep̃ssum fm ynā lec. in. d. c. inter dilectos. de dona.

I Nter quattuor. Locus religiosus debet reformari de religiosis dūtaxat non secularibus nisi in religiosoz defectu. h. d. Distiguit duo membra. scōm p̃sequitur. ibi sed si. ¶ Mo. primo ex tex. vnam regulam ℞ casum exceptū ab ea. Regula est q̃ nullus citra papaz potest alterare statum eccle religiose. vt si consueuit regi p regulares regatur nūc p seculares. ambulandū est enim in ecclesia dei de virtute in virtutē. vt sic poti⁹ sit aset̃sus

ēz descensus. vt in. c. licet. de transla. prela. z in. c. legimus. xciij. di. ¶ Casus exceptus est cū regulares nō reperiunt. tūc eni potest reduci ad statum secularium. oportet tñ prius seruare certos gradus cū ista littera indistincte dicat ēz diu p regulares. zc. vt prius reformetur locus religiosus de regularibus eiusdē monasterij. secundo in defectū de regularibus aliorū religiosorum monasteriorū eiusdē ordinis. tertio deueniendum ē ad regulares alteri⁹ ordinis. postremo in defectū omnium regulariū poterunt institui clerici seculares. z hoc casu serua exceptionē hic positam in tex. fm Jo. an. qō satis probatur vt. s. dixi per illud verbum regulares. z per idem verbū dicendū tex. locū habere in omnib⁹ regularibus eiusdē ordinis. ¶ In glo. ibi vt hic dicit aduerte. nam cōiungendo istā particulā glo. cum principio ipsius in quo fecit mentionē ō ēpo aperte sentit glo. q ēps in defectum regularium pōt ponere ibi seculares. z sic nō est necesse q adeat papa z sic tenet glo. in. c. ēps. xij. q. ij. sentit etiā hic Jo. an. z vide qō no. in sūl in. c. ad audientiā. alt. in gl.

Constitutus. Ecclesia sita i dioccesi epali tenet sibi in episcopalib⁹ rñdere nisi apareant remissa legitime z potest ēps remittendo epalia censum sibi retinere. h. d. primo facti seu cause narratio. scdo ipi⁹ diffinio. ibi. cum autē. Prima subdiuidit i tres ptes. In prima actoris petitio. scda reorū defensio ibi. verū. tertia actoz replicatio. ibi ceterum. ¶ Nota primo q ēpo petente iura epalia i ecclesijs sue dioceseos etiā possessis p religiosos. sufficit pbare illas ecclesias sitas in sua dioceseos quo pbato obtinet nisi aliud pbet ō iure speciali. nō possūt ergo religiosi tenere ecclesias seculares ḡn ēpo respondeāt de epalib⁹. z idē est in omnib⁹ capellis religiosorum. licet ipsa monasteria a pluribus sint exempta. vt probat hic z in. c. se. z in. c. cōquerente. s. de offi. ordi. ¶ Secūdo no. q iura epalia possūt vniuersaliter peti. nec est necesse ea in libello exprimere. sed satis est dicere. peto iura epalia. zc. z hoc ideo. qz hec actio est vniuersalis vt plene no. p Innoc. in. d. c. cōquerente. dico plenius in. d. c. ij. de libel. obla. ¶ Tertio nota q simonia intercedens i aliquo cōtractu vitiat ipm cōtractum ipso iure. Itē nota q nō oia suppressa in impetratione gratie habent reddere grām surrepticiā. Nam in cōfirmatione gratie hic obtenta nō fuit facta mentio de obseruatione pensionis nec p hoc vitiatur cōfirmatio qō bene no. qz illa sūt necessario exprimēda que expressa haberēt aut difficultare ꝓcessionē gratie aut ex toto impedire. z hoc arbitrabit⁹ bon⁹ iudex. vt i c. sup litteris. z in. c. postulasti. s. de prescrip. ¶ Nota ibi nec insolitū nec nouū p̄sumendū esse pro his que diu agitata sunt in ecclesia dei patiente z tolerante superiore. vnde alibi dicit tex. iuris ciuilis non ēt facile recedendū ab eo qō diu equū visum est. l. fi. de consti. prin. ¶ Itē no. ar. optimū q licet procurator intercedat post litē cōtestatā. tamē sntia cōdēnatoria vel absolutoria pōt ferri i ipi⁹ psonā nā hic ēps p se litē ē cōtestatus. vt patet in prin. Et nota h p glo. z postmodū interuenit iconom⁹. z nihilominus fert sntia in psonam iconomi. de quo multum dubitant. legiste in. l. nihil. C. de procur. z dic vt ibi z vidē qō le. z no. in. c. j. eo. ti. li. vj. z per Bar. in. l. j. C. de senten. z interlo. om. iudi. ¶ Nota ibi iuxta ratam. zc. q cum vna pensio cōstituitur p plurib⁹ rebus tacite videt distributa in singulas res vt sic quelibet res teneatur p rata ad pensionē cōstitutā qō bene notabis. Idem in simili seruat cū plures cōdemnant vna sentētia ad certā quantitatē. videtur eni in dubio cōdēnari p parte z non insolidū. l. vnica. C. si plures vna sen. fue. cōdem. Idem ē cuz plures simpliciter pmittunt vnam certā quātitatē vt in. l. reos. §. cuz in tabulis. ff. de duo. re. Ex quo iferur ad questionē. plures scholares ꝓduxerunt hospitium. pmiserūt locatori certam pensionē. nū quid tenent in solidū ad pensionē an vero p parte z dic q p parte. ar. huius. c. z in iurib⁹. s. alle. tenet Ly. in. l. si diuersa. C. loca. ¶ In glo. in. v. a quocū q ibi. qō nō est verū. vult ergo glo. z bene ēpm nō posse in totū eximere eccl̄iam a iurisditiōe sua. Idē tenet hic Inno. z Hosti. z ad istum text. respondet Inno. dupliciter. Primo q hic interuenit cōfirmatio pape. z idē sentit glo. in verbo cōfirmauit. Vel secūdo ēps fecit pori⁹ vicariuz i istis iurib⁹ episcopalibus illum abbatē quasi velit Inno. q episcopus potest eximere eccl̄iam a se cōcedendo eā alteri faciendo illum vicarium suū in illis iuribus. vt sic exerceat noie ipi⁹. qō no. z de hoc vide qō in simili no. z in. c. cum satis. de offi. archidi. z i. c. in lateranēsi s. de preben. hec tamē so. nō cōgruit littere. ideo te ne prima so. z de materia plenissime no. in. c. cū venerabilis. j. de censi. vbi generaliter tractat que iura possit ēps remittere in ecclesia sibi subiecta. ¶ In ea. glo. ibi cū ēpi. Nota istā glo. vsqz ad fi. naz quotidie allegat quādo quērit vtz prelati inferiores a papa possint cōcedere vni ecclesie aliqō ius in p̄iudicium alterius. z videt hic glo. cōcludere q priuilegium potest ēps cōcedere vni ecclesie sine preiudicio alterius ecclesie. z idē tenet glo. xxv. q. ij. i sūma. z cōmuniter tenet. facit qō no. Jo. an. in. c. certificari. de sepul. vbi tenet ēpm posse cōcedere puile giū libere sepulture. ad idē vide bonū tex. in. cum dilectus. de cōsue. sed in preiudiciū alterius eccl̄ie dicit glo. hoc nō posse nisi subsit causa rationabilis Hosti. z Goff. dicunt etiā requiri cōsensum capituli per no. in. c. quāto. z. c. nouit. de his que fi. a prela. his enim interuenientibus hoc poterit vt clare probatur in de. ij. de re. eccle. nō alie. z in. c. j. eo. ti. li. vj. sed gl. no. in. c. ecclesie. xvj. q. j. videt requirere tertiū. vt ecclesie nō inferat enorme p̄iudiciū qz nō debet vni cōsulere cum enormi p̄iudicio alterius. z videtur sequi do. Anto. hic qō satis placet. argu. in. c. cum causam. s. de preben. z de dona. in c. apostolice. cōclude ergo q trib⁹ interuenientib⁹ potest episcopus vni ecclesie cōsulere cum preiudicio alterius ecclesie. scz q subsit causa rationabilis. Item q interueniat cōsensus capituli. tertio q non inferat enorme preiudiciū. ¶ Sed dubitat de principe seculari. dic vt nota. per Inno. in. c. q i eccl̄ia

de consti. per legistas. in. l. fi. C. si cõtra ius vel vti. publi. De ecclĩastico vero vt papa. glo. hic videtur velle papã posse etiam sine causa iusvnius ecclesie alteri cõferre. Idẽ sensit specu. qui prosequit materiam plene vt videre potes in ti. de legato. §. nunc ostendendũ. ñ. lvij. t melius in. ñ. lxxxix. t. §. nunc breuiter. ante fi. sup rubrica de dispen. t sentit Jo. an. in. d. ñ. lvij. in addi. sed vide glo. xxj. di. in. c. j. que dicit papã hoc nõ debere facere. nõ tamẽ dicit q nõ posset. clarius loquit glo. x. di. c. lex. vide Archidi. in. c. nõ decet. xij. di. vbi post beatũ Bernardũ dicit papã nõ eẽ dñm rerũ ecclesiasticarũ. nec habere illarũ possessionẽ nomine pprio. sed sũt ipius vt administratoris pncipalis. vnde notabiliter cõcludit post beatũ Thomã papam incurrere vitiũ simonie si pro iuribus spũalib⁹ recipit ab ecclĩa aliquid temporale qđ nõ esset si dominiũ esset suum. Do. Anto. dicit q aut querim⁹ de patrimonialib⁹ ipsorũ clericorũ. t nõ põt papa disponere de eis ad libitũ. sicut nec princeps secularis de bonis subiectorũ qđ no. singulariter. qz nõ recordor alibi legisse. nam. Inno. in. c. inquisitioni. de sen. ex. t bene. dicit papã nõ posse tollere aliquid de patrimonialibus laicorũ. Sed de patrimonialib⁹ clericorũ credo q seriose subticuit. vnde satis placet q in his casib⁹ possit papa in quib⁹ potest impator in bonis subditorũ. qz ita clericis cõpetit dominiũ de iure naturali sicut t laicis. licet i eis magis posset dubitari. Aut queritur de reb⁹ ecclĩasticis. t dic q de iuribus potest papa disponere. put vult etiã remouendo vnum sine causa de beneficio suo. alle. c. ij. de pben. ij. vj. vbi dicit papã habere plenã potestatẽ in istis beneficialib⁹ t p eo posset allegari glo. no. in. c. p principalẽ. ix. q. iij. que dicit papã posse deponere vnum epm sed nõ oñs. hoc dictũ do. Anto. simplicit nõ admitterẽ vt papa sine causa possit pruare aliqs beneficijs eorũ maxime epatu t alijs dignitatibus cũ sit dubiũ vtrũ eps inuit⁹ transferri possit neduz ex toto pruari. vt no. in. c. fi. de postu. prela. t per Jo. an. in regula qđ alicui gratiose. de reg. iu. li. vj in mercu. vnde in cõcilio cõstãtiensi nouissime celebrato fuit pstitutũ. q nec episcopus nec abbas possint transferri inuiti sine causa rõnabili t hãc materiam plenissime examinaui in quadã disputatione que incipit eps. t dicendũ vt ibi. Aut queritur de alijs rebus ecclesie. t tunc tenet do. Anto. q etiam cũ graui piudicio t sine causa possit papa alteri ecclie de illis cõcedere licet facere nõ deberet. p eo tñ est psumendũ q cũ causa fiat puto q vni ecclie possit dare cũ piudicio alterius sine causa ꝫ nõ sine peccato. qz cũ papa debet eẽ sicut diligens paterfami. nõ debet apud eũ esse acceptio psonarũ. nã sibi data est ptãs pascẽdi oues. t si iuste administrãdi. ỗ quo vide in sũ qđ dixi post beatũ Tho. in. c. ỗ multa. s̃. de preben. t vide singulare dictũ Archidi. qđ nũq̃ tradas obliuioni. in. c. nõ liceat pape. xij. q. ij vbi post Hug. cõcludit papaz peccare mortaliter si bona ecclesie alienat in casu nõ licito. puta dãdo cõsanguineis illa vt pre alijs eos diuites faciat. Nota istud vltimum, nã ideo hoc dixi. qz licitum ẽ etiã prelato inferiori aliqua dare cõsanguineis p sustẽtatione. vt in. c. monemus. xij. q. ij. t in. c. nõ satis. lxxxvj. di. t in. c. j. de coha. cleri. t mulie. t predicta notabis. facit. c. ceterũ. de rescrip. ¶ In glo. in. ñ. recompẽsationẽ in fi. Nota vltimã solu. glo. t etiaz precedentẽ. vnde hic dicũt doct. q ex paruitate pẽsionis nõ possum⁹ psumere epm fuisse inductũ ad spiritualia cõcedenda p modico tẽporali. p hoc facit. c. t si questiones. j. de simo. ¶ Alij extra glo. intelligunt q remissio spiritualiũ fuit separata a cõcessione temporaliũ t a retentione pensionis. qđ tamẽ nõ ꝯgruit littere. Alij intelligũt q grati exemit istas ecclĩas t gratis fuit sibi oblata ista pensio. pro hoc facit q papa de seipso dicit in. ñ. nos quoq̃. certe licet illa sit bona practica tamẽ nõ reprobat papa qn eps possit sibi reseruare certũ censuz cum tex. apte dicat aliquid sibi reseruet alij aliter. Sed tene istas duas solutiones gl. vna est q in signũ pcepte libertatis vel pterite subiectionis nõ autẽ in recõpensationẽ spiritualiũ possit eps retinere sibi certum censum. qđ tamẽ mihi placet dũmodo sibi nõ reseruet magnã quantitatẽ. qz tunc videt facere in recõpensationẽ spiritualiũ. ar. in. d. c. t si qõnes. sed a solutio quãdo eps recipiebat ab ecclĩa exempta etiã tẽporalia licite sibi reseruat ptem illorũ temporaliuz qz nihil de nouo cõsequit. imo remisit totũ retenta parte. t sic nõ potest dici simonia. ¶ In gl. in. ñ. iuxta ratam in fi. ex hac gl. multũ notabili multa possũt colligi. primo id qđ tacite sentit post pn. q etiaz ecclĩa nõ soluẽs pensionẽ infra bienniũ vel triennium cadit a iure suo ita q res emphiteotica cadit in cõmissũ quẽadmodũ dicim⁹ in pruato nõ soluẽte vt in. c. potuit. de loca. t hoc dictũ tenet hic Inn. t Hosti. sed glo. Jo. sentit cõtrarium. in. l. placet canonizata. xvj. q. j. t in. c. si tributũ. xj. q. j. t Hos. de immu. eccle. post prin. t Hosti. in sũma. eo. §. iij. seq̃tur etiam hic Jo. an. satis late. t inter cetera adducit hoc motiuũ. bona ecclesie nõ possunt alienari sine solennitate. de qua. xij. q. ij. sine exceptiõe ergo per nõ solutionẽ plati nõ põt induci alienatio hui⁹ vtilis dominij cõpetentis ecclesie. sed Bal. in. d. l. placet. tenet primũ dictũ. t ad illã. l. que solet induci incõtrariũ respondet q ibi loquit de translatiõe rei fiende in penã. vt si nõ soluit tributũ imperatori. sed in casu nostro translatio fit ex natura contractus t res reuertit ad dominũ suũ. t sic presupposito q etiã fundus ecclesie nõ incideret in cõmissum ex nõ solutione tributi debiti impatori. tamẽ aliud dicendum in casu nostro. t hanc opi. ẽ secut⁹ ꝑe. ỗ ancha. que opi. satis mihi placet. nã videm⁹ q per prescriptionẽ etiã eccl̃a pdit dominiũ rei sue nõ interueniente aliqua solennitate. sed sufficit dispositio iuris vna cum negligentia ecclesie. Idem ergo dicendum in casu nostro. facit. c. j. de prescrip. Itẽ etiam iura canonica in hoc casu loquũtur indistincte. ergo referenda sunt etiã ad ipsas ecclĩas cũ pncipaliter disponant de ecclesijs t rebus ecclĩasticis. Credo tamẽ q prelatus negligẽs soluere potest cõueniri per ecclĩam vt cõseruet eam indemnẽ a dãno incurso ex pditione vtilis dominij. pro hoc glo.

no. in ſimili. xvj. q. iij. placuit. ij. ¶ Secūdo no. ſin gulariter ex glo. plures differentias notabiles inter cōtractum cenſualē t emphiteoticariū. nam in cōtractu cenſuali tranſfertur dominiū in recipientem tam vtile q̄z directum. ita q̄ nihil iuris ſuper re illa remanet penes cōcedentē. Sed in cōtractu emphiteoticario tm̄ tranſit dominiū vtile in emphiteota tam directo remanente apud dūm t licet glo. nō al leget tex. ē de hoc vltimo in. l. j. ff. ſi ager vecti. vel emphi. pe. nam cenſum ſoluimus de re noſtra. vt patet in cenſu debito imperatori. penſionē vero ſolmus de re aliena. t hanc differentiā no. ſequuntur cōmuniter docto. t approbat Bar. i. l. j. ff. de pub. t no. ex hoc proprium vocabulum vtriuſq̄ rei. Si ergo ſit cōtractus cenſualis proprie debet dici vt ſoluat cenſum nō penſionē. t in cōtractu emphiteoticario vocatur ꝓprie penſio t nō cenſus q̄uis generaliter vtamur promiſcue his vocabulis. nec ob iſtā improprietionē vitiaret cōtractus vel libellus vt h notabiliter probatur iuncta gl. ¶ Alia differentia notabilis q̄ in cōtractu emphiteotico res incidit in cōmiſſum ſi nō ſoluit penſio infra bienniū ſeu triennium. vt in. d. c. potuit. Sed in cōtractu cenſuario ex nō ſolutione res nō perdit. ſed poteſt cōpelli cenſuarius ad ſolutionē vt hic cum glo. Et pōt eſſe rō diuerſitatis in cōtractu emphiteotico res nō deſinit eē domini vt ſupra dictum eſt. t videtur cōceſſa quaſi ſub cōditione ſi penſionē ſoluerit. argu. in. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. Sed in contractu cenſuario tranſfert dominiū in totum ita q̄ recipiens ſolum obligat ad cenſum ſoluendū. t ideo ſis cautus vt in cōceſſione que fit de rebus eccleſie nō facias ſcribi q̄ ad cenſum fit cōceſſio ſ in emphiteoſim. ¶ Tertia differentia. quia ſpiritualia nō poſſunt cōcedi in emphiteoſim cuz quodāmodo viderentur vendi ſed ad cenſum poſſūt concedi. qz cenſus retinetur nō in recōpenſationem iuris cōceſſi ſed potius in memoriā libertatis conceſſe ſeu in ſignum p̄terite ſubiectionis. Et q̄ hic interuenit contractus cenſualis t nō emphiteoticarius colligitur ex eo. quia eps tranſtulit in monaſterium q̄cquid iuris habebat in illis eccleſijs qō nō fit in cōtractu emphiteotico. vt ſupra dixi. Et ex hoc t ex tex. no. aliud ſingulariter q̄ vbi in cōtractu ponunt verba que poſſunt trahi ad varias ſpecies cōtractuū non debemus cōtractū interpretari ſm vocabula apoſita ſed potius ſm naturā ipius cōtractus. naz per verba iſte cōtract⁹ poterat dici emphiteoticus ſ ex natura illius colligit oppoſitū ex quo fuit tranſlatū vniuerſū ius. Et hoc idē poſt multa cōcludit Bar. in. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. t gl. no. in. l. j. ff. de ſuperficie. optie facit tex. in. l. ſi vno ff. loca. ¶ Item no. ex hac glo. iuncto tex. q̄ licz verba improprie ponātur in exceptiōe. nō per hoc vitiatur exceptio ex quo generaliter verba capiendo cōcludūt intētum excipientis. Et idē eadē ratione dicēdum ē in libellante. facit qō le. t no. i. l. ſolem⁹. t. l. ſi quis intētione. ff. de iudi. t i. c. littere. de dila. t in. c. cum eccleſia. de cā poſſeſ. t ꝓprie. ¶ Vltimo no. q̄ in petione iuris epalis veniūt ea qne competūt epo tam de iure ſpeciali q̄z ō iure cōi. ita nōbiliter voluit gl. i ſi. Item gl. in. c. cōqrente. de offi. or. vbi dicit q̄ ſolū cōprehendunt iure expreſſa. Jo. an. cōcordando videt diſtinguere q̄ quedaz ſuccedunt de iure ſpeciali in locū iuriū debitorum de iure cōmuni. t illa cōprehendunt tanq̄z ſurrogata in loco illorū t ſic loquitur tex. iſte. Q̄ q̄z nō ſunt ſurrogata ſed veniunt accumulatiue. t illa non cōprehendunt. t ſic ꝓcedit glo. cōtraria. qō bene nōbis. qz ad multa facit. Et ex his ſoluit contrariū quare papa cōdēnauit in penſione nō petita. nam ſatis fuit petita petendo iura epalia. Alia ſo. docto. ē q̄ papa hic fuit amicabilis cōpoſitor inter iſtos. iō potuit cōdēnare in re nō petita. ¶ No. bñ iſtā ſolutiōez p ptāte arbitratorz. Sed Bar. in. l. aquiliana. ff. ō tranſac. hoc nota. limitat qñ vult cōdēnare in re q̄ ē in arbitramentū deducta. ſecus autē ſi in re prorſus ſeparata qō notabis. facit. c. cum dilectus. de arbit. Alia ſo. q̄ in ſpūalibus nō curamus de hac ſubtilitate. ſatis enī eſt de veritate cōſtare qō etiam no. ¶ Vltimo ſm Hoſti. potes intelligere q̄ expreſſe i libello fuit petita hec penſio licet hic nō dicat t quelibet ſolutio bona.

CUm venerabilis. Epus petens eccliam quo ad tpalia t ſpūalia obtinet in ſpūalibus eoipo q̄ pbat cē in ſua dioceſi ſi nō appareat excepta. ſed i tēporalibus ſuccūbit niſi aliter doceat de iure ſuo. t in hoc vltimo ē caſus nōbilis. ſūt due ptes. prima factum narrat. ſcda diffinit. ibi qz igit. Et vtraq̄z ſubdiuidit vt p ſe patet. ¶ Nota ex principio iuncto tex. ibi vendicare. tē. q̄ iura ſpiritualia pūt vendicare p eū cui debent. t ſic eps poteſt eccliam ſibi ſubiectā vendicare rōne iuriū que habet in ea. t intellige de rei vendicatione vtili ſm Inno. Nam directa rei vendicatio nō pōt cōpete re. qz ſolū illa cōpetit ei qui eſt dominus de iure gētium vel ciuili. vt in. l. in rem. ff. de rei ven. ſed bōa ſpiritualia t eccleſiaſtica nō ſunt ꝓprie in dominio alicuius. vt in. §. nullius. inſti. de re. diui. t in. c. rō ſ. de preben. ¶ Et ex hoc t ex tex. no. q̄ poſſum vendicare rem incorporalē rōne iuris qō habeo in ea. Idē no. in. c. examinata. ſ. de iudi. t circa hūc articulū vide latius hic p Inno. ¶ Secūdo no. q̄ licet de iure cōmuni eccleſia ſita i dioceſi ſpectet ad epm in ſpiritualibus. nō tamē in tēporalib⁹ ſcz vt ō rebus tēporalibus ſeu prouentibus eccleſie poſſit diſponere ad libitum ſeſi in vſus ſuos cōuertere niſi aliter probetur hoc ius ſibi cōpetere de iure ſpeciali p hoc. c. de multa. ſ. de preben. vbi eps punit ſi eccleſiā nō cōſert infra debitum tempus. Item etiaz in ſpūalibus nō fundat intentionē ſuā quo ad poſſeſſionem. vt eſt tex. no. in. c. olim. el tertio. de reſti. ſpol. ſecus quo ad ꝓprietatē vt hic. Itē nota. ibi q̄ p auctentica ſcripta. q̄ valet ſententia incerta dummodo poſſit certificari p relationē ad aliud. t hanc materiam ſatis expediui. in. c. cū venerabilis. ſ. de excep. ¶ Nota q̄ ꝓcedit iſte libellus. peto eccleſiaz cum ſuis pertinentijs t poſſeſſionib⁹. licz ptinentie t poſſeſſiones aliter nō declarent. t hoc ideo. quia

satis ē libellum esse certum in principali. licet sit incertus in accessorijs. vt notanter dicit Inno. in. c. tanta. j. de excess. prela. de q̄ mā plene dixi. s. i. c. ij. §. de libel. obla. & q̄d veniat appellatione ptinētia & tractatur in. c. cum ad sedem. de resti. spo. ¶ Nota vltimo q̄ instrumētus reddit suspectum ex rasura seu ex suplineali scriptura in loco suspecto facta. de quo infra cum glo. ¶ In glo. j. ibi auditis. & ibi plene p Inno. de hac materia. & in. c. inter quattuor. de maio. & obe. & facit hic Inno inter cetera differē tiam vtrū ecclesia petita habeat ppetuum plātum. an temporalem. vt primo casu cōueniat ipse plāt⁹ & nō is qui possidet subiectionē. secūdo casu conueniatur ipse qui habet illam subiectā. sed dic pleniusꝰ vt in locis prealle. ¶ In glo. in verbo locauisse i fi. vult ergo glo. q̄ etiam si illud instrumentū locationis fuisset nō suspectum nō suffecisset ad cōcludendum opi. eōi. Sed certe tex. in fi. videt aperte inuere cōtrarium cū fundat se super suspitiōe dūtaxat. Abbas dicit q̄ cōtra extraneū instrumentū locationis nō probat dominiū seu possessionē. vt in cōtrarijs allegatis in glo. sed cōtra cōductorē sic. sed certe hoc dictū nō est verum. quoniā hic agebat rei vēdicatione. vt patet in. x. vendicare que intentatur cōtra cōductorem sicut cōtra quēlibēt extraneū. et sic nulla specialitas pōt dici in cōductore. vt no. in d. c. inter dilectos. in fi. vbi bona glo. Itē licet cōductor quādoq̄ agit actione locati vel cōditione. l. siqs cōditionis. ff. loca. nō possit refricare quēstionē dominij. de quo tamē dicendū vt plene no. Bar. i. d. l. si quis conditionis. vt dixi in. d. c. inter dilectos. nō tamē probat per hoc dominiū vel possessio. q̄ nō probat hoc eē quod ab hoc cōtingit abesse. vt in c. ij. de transla. prela. & in. l. necq̄ natales. C. de proba. sed locatio pōt fieri etiam q̄ cuz qui nō possidet vt puta q̄ cōductorē. vt j. l. nemo prohibet. C. loca. ergo q̄ locationē nō probatur possessio. vnde dicerem saluando istū tex. a cōtrario sensu q̄ episcop⁹ nitebat̄ ꝓbare se locauisse tāto tpe q̄ sufficiebat ad ꝓscriptionē quo casu satis probat̄ dominiū prob̄ando locationē. quia detinēs ꝓsumitur possidere. vt no. Inno. in. c. cum olim. de priuileg. ideo ponderatur in tex. q̄ episcopus locauit abbati & duabus personis post ipm. & no. istud dictum. quia sat⁹ probatur per istū tex. sic intellectum. & in effectu voluit Bar. in. d. l. ad probationē. q̄ bene no. pro limitatione iurium simpliciter dicentiū per locationē nō probari dominiū neq̄ possessionem. ¶ In glo. fi. ibi & in loco suspecto. Nota hoc dictū gl. quia quotidie accidit vt rasura reddat suspectum instrumētū si est facta i loco suspecto licet videat reposita eadem manu. nam hoc nō sufficit cuz reperiant multi scientes adulterari seu dissimulare scripturas aliorum. in. auē. de fide instru. post prin. & ideo assume hanc cautelam notabilem q̄ vbicunq̄ notarius erraꝝit in scriptura ita vt oporteat radere aliquid & iterū reponere vel facere aliquā lineam in margine debet notarius ad euitandū suspitionē in fi. instrumenti cōtinuando se facere mentionē qualiter ipe rasit tale verbū. vel q̄ fecit talem lineā i margine. & voluit no. Archi. in §. his ita. xxxv. q. ix. videtur ꝓbari in. l. in fraudez. ff. de testa. mili. & ibi hoc tenet Bar. ad idem. l. j. & ij. & l. cācellauerat. ff. de his que in testa. delen. & ibi p doct. & ita hab⁹ hodie cōmunis stilus notariorum quādo rasura ē in loco suspecto. hec tamē nō sunt necessaria vbi ex p̄cedentibus vel sequētibus potest elici veritas eoꝝ que cācellata sunt vt & notanter dicit gl. q̄ & nō.

C Cum dilectus. Monasterium subiectū ē epō in cuius diocesi situ est nisi ꝓbet exemptū. h. d. quo ad titulū. primo instruit delegat⁹ qualiter sup sententijs ꝓnūciet. in secūda & tertia qualit̄ pronūciare debeat sup subiectione. secūda ibi. q. tertia ibi. similit̄. ¶ Nota primo q̄ sentētie cēsure late p⁹ appellationē etiā extraiudicialē ipso iure sunt nulle ad idē. c. cū dilectus. de appel. Et ex hoc no. bonam practicā cū subdit⁹ timet iniuste excōicari a supiore extraiudicialiter appellet a grauamine verisimilit̄ futuro. ¶ Nota secūdo q̄ excōmunicatio lata p̄tra exemptū ē ipso iure nulla licet nulla appellatio p̄cesserit q̄ exemptū. q̄ exemptionē ergo ñ solū exceptio parat̄ exēpto imo ipso facto eripit̄ a iurisditiōe supiorꝭ. facit. c. q̄ frater. xvj. q. j. Itē no. arg. optimū q̄ quasi possessio iurisditiōis iniuste habita nō causat actū validū. & ex hoc soluitur ar. q̄d formari potest ꝑ istā ſfam. nā ex quo eps erat in possessione subiectionis ex ꝓmissione abbatis debuit teneri sētentia excōicationis. ar. in. c. querelā. de ele. & c. cō sultationib⁹. j. de iu. pa. vbi tenet electio seu p̄sentatio facta ab eo qui ē in quasi possessione iuris eligendi vel ꝓsitandi licet postmodū cōperiat̄ cū non habere illius iuris ꝓprietatē. Mā pōt primo rñderi vt. s. dixi. q̄ ꝙriū ꝓcedit qñ possessio est iusta. secus si illicite & mala fide quesita ſm Jo. an. q̄d & nō. & p hoc facit q̄ sicut possessor male fidei in rebus corporalibus nō facit fructꝰ suos. vt in. c. grauis. & q̄d ibi no. de resti. spo. ita dicem⁹ in possessore iurisditionis vt valide actū iurisditionis explicare nō valeat. ¶ Circa hoc tñ multū instat & Inn. Et primo ponit opi. cōtrariā dicēdo q̄ nūq̄ valet actus explicitus a possessore iurisditionis ex q̄ caret ꝓprietate illius iuris. p hoc iste tex. ſz aliū intellectū. nec ob. ꝙria q̄ loquunt in ꝓsitatione & electione que sunt fructus iuris ꝓsitandi seu eligendi. sed iudicare nō ē fructus sed potiꝰ honor & labor. l. munex. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. nec ob. ſm eū. l. barbarius ff. de offi. ꝓcto. & l. fi. C. ō sen. quia illa iura loquūtur qñ interuenit auctoritas superioris licet ignorauerit inhabilitatē ꝓpo siti in officio. sed tandem ipe Inno. refert alios tenere & melius ſm eū q̄ sententia valet ex quo ferēs erat bona fide i possessiōe & & cōiter tenet̄ q̄d & nō. An aūt idē sit in excōicatione vt sufficiat sola possessio sine ꝓprietate iuris vide Jo. an. in. c. auaricie. de elec. li. vj. Et ad istum tex. rñde vt. s. vel vt hic no. glo. ij. q̄ iste abbas nō potuit sine cōsensu fratrū transferre possessionē in eōm in ꝓiudiciū libertatis monasterio cōpetentis. Et no. & q̄ sola obediētia ꝓlati exempti non sufficit ad transferendū possessionē subiectionis in eōm §

requiritur tot⁹ cõuentus hoc etiã sequũt doct. sed ego tenerẽ hoc dictũ in ꝓiudiciũ monasteriũ dũtaxat sed nõ in ꝓiudicium pape. nã nõ abbas t ꝓuentus sed papa possidet subiectionem in monasterio t hec subiectio cũ sit res incorporalis nõ põt acquiri p aliũ sine cõsensu illius qui eũ possidet. vt in. l. ij C. de ser. t aqua. vbi patet q possessio incorporaliũ nõ põt queri sine scia t patiẽtia possessoris. nõ. Jn no. in. c. bone. ij. de postu. prela. t in. c. ꝙquerẽte. de offi. ordi. t Bar. in. l. j. ff. de aqua plu. ar. facẽ qõ no. idẽ Jnno. in. c. olim. de resti. spo. cl. iij. t i. c. ij. de in inte. resti. vbi dicit q si subditi alicui⁹ volũt etiã expresse mihi ꝑstare obedientiã nõ debeo eam capere qz nõ possunt illi in me transferre ius in eis p aliũ possessum. facit ad predicta. c. cum dilectus. j. ti. pri. ¶ Jn glo. in ẏbo ratihabitione ibi vel dic q nõ est differentia. t h opi. verior vtetiã not. in. c. cõtingit. de trãsac. dic ergo q illa clausula t ꝑmittit habere ratũ. zc. nõ apponit ad ampliandũ ꝫ ad cõfirmandũ vel declarandũ verba ꝓcedẽtia. t h tenet spe. in. ti. de procur. §. j. in. ẏ. i premissis. Quid autẽ si apponat illa clausula q ꝓcurator possit agere totũ id qõ dñs agere posset ꝓsonaliter. dic q videt data prãs agendi ea que requirũt spẽale mãdatum. t sic ampliat ꝓcuratoriũ p hãc clausulã. vt notat Archi. in. c. j. de rescrip. li. vj. t Bar. in. l. ꝓcuratoz cui libera. ff. de ꝓcu. licet aliud senserit Jo. an. in. c. fi. de dila. sed tene primũ vt lati⁹ dixi in. d. c. fi. t notabis istã glo. cuz glo. d. c. cõtingit. ¶ Jn gl. in ẏ. tueri. ibi. §. eligere. dic q aut querit de pluribus actionib⁹ aut plurib⁹ exceptiõib⁹. ꝓmo casu nunqd eligendo vnã renũciet quis relique ꝛrie. dic vt plene no. Jnno. in. c. fi. de collu. deregen. t p gl. insti. si quadru. pau. feci. dica. vbi glo. satis longa. t facẽ qõ le. t no. in. c. vt quis duas. de elec. li. vj. Secũdo casu regulariter de vna exceptione põt ad alteraz etiã cõtrariũ transire qz reus vti non phibet pluribus exceptionib⁹ vt in regula nullus plurib⁹. ô regu. iur. li. vj. t qõ ibi no. l. nemo. ff. de excep. nisi aliud dicat in penã mendacij. t sic loquit auc. ꝛ q ꝓ pria. C. de nõ nu. pecu. nã ibi negauit scripturã eẽ ꝓpriã t succubuit. An aũt has exceptiones ꝛrias possit simul ꝓponere dicẽdũ q non si pure proponunt. secus videt si disiunctiue puta ꝓpono talez exceptionẽ. t si hec nõ ꝑfuerit ꝓpono talẽ. t hec est bona practica ad cuadendũ qõnem in glo. positaz facit qõ habet in. c. iputari. de fi. istru. si tñ ñ vult simul ꝓponere audit etiã post terminũ ad ꝓponẽdũ ꝛrium ẽm hanc glo. valde no. quã doc. non improbant t tenebis eam menti vt rõne cõtrarietatis excusẽt si simul nõ proposuit.

In Enimia habet plura dicta ꝫ principaliter põt sic sũmari. Nouã religionẽ nõ licet cõstituere sine auctoritate romani pontificis nec in diuersis monasteriis põt qs eẽ abbas vl monach⁹. Diuidit. ꝓmo nouã religionẽ ꝓhibet in ꝓsonis t loc. scõo pluralitatẽ locoz monachis t abbatib⁹ ibi illud. ¶ No. ꝓmo vnã regulã q nulli ẽ licitũ inuenire nouã religionẽ nec edificare nouã domũ religiosam nisi velit accipe vnã de regulis approbatis. lz ergo de iure ciuili videant approbata collegia cõcernẽtia piam vsũ t cultũ diuinũ. l. j. ff. ô colle. illi. tñ respectu religionis hodie ẽ standũ huic decre. vt eni euitet confusio in eccl̃ia dei hec noua inuentio reprobat. nã videm⁹ q propter nouas cõstitutiones vel inuentiones tot sunt varietates inter monachos sancti benedicti vt vix inuicẽ se recognoscãt. ¶ Sed ãro nũ quid eps possit dare licẽtiã ꝛ dispositionẽ hui⁹ tex. dic q nõ qz generaliter h oib⁹ ꝓhibet t ista ẽ cõstitutio cõcilij generalis ꝛ quã eps dispẽsare neqt. vt in. c. cũ dilecti. ꝛ. de ele. vñ sicut nõ licet alicui citra papã sanctũ de nouo canonizare. vt in. c. j. t. ij. de reli. t ve. san. ita nec nouã religionez inuenire. hodie ẽ quedã extrauagans. Jo. xxij. q̃ incipit. sancta mater eccl̃ia. q̃ videt ipo facto excõicare istos q̃ adinueniũt nouã religionẽ assumẽdo. s. certũ habitũ t cõgregdãdo se sil̃ t recipiẽdo de nouo ad eoz cõ gregationẽ intrare volẽtes t facientes sibi p̃sidẽtẽ inter se. Jtẽ excõicat plato dãtes eis facultatẽ seruandi talẽ ritũ. Et aduerte q multi credũt excusari qz licita agũt cõfidẽtes de ꝓpria cõscia ꝫ certe decipiunt qz inuẽtio religionis nõ phibet q in se mala sit sed propt cõfusiones q̃ generãt in eccl̃ia dei. Jtẽ qz nõ approbata tali religione p supiozem instituti ibidẽ vt plurimũ idiote in plurib⁹ errãt. vñ etiã ꝓpter mala q̃ pñt inde accidere emanauit phibitio. simile in iuramento. nõ eni phibet qz in se sit malũ ꝫ ꝓpter malũ piurij qõ ex incauta iuratione sepe ꝓuenit. vt ti. c. t si christus. de iureiur. ¶ Oppo. contra. §. istũ. t videt q in diuersis monasteriis qs potest p̃sidere vt abbas t locũ vt monach⁹ obtinere. vt in. c. j. de priuile. li. vj. vbi dz q si monach⁹ maioris monasterij cõstituit ꝓior in priozatu eidez monasterio subiecto nõ desinit eẽ monachus maioris monasterij ꝫ in vtroq locum obtinet. ad idẽ. c. cuz singula. de preben. li. vj. So. contrarium procedit quãdo plura monasteria sũt vnita vel cõnexa. istõ c. loquit q̃n monasteria sunt separata penitus. t facit. c. cõstitut⁹. t qõ ibi no. de elec. ¶ Sed circa hoc queritur nunquid priozilli⁹ monasterij subiecti ex quo nõ desinit eẽ monach⁹ maioris monasterij dz vocari ad electionẽ ꝓlati in maiozi monasterio. Jn no. t cõiter doc. post eũ dicũt q si priozat⁹ hz electionẽ ꝓprij ꝓlati ꝓ se vel saltẽ bõa diuisa a bonis monasterij maioris. nõ ẽ tũc vocãd⁹. alꝫ sec⁹. qõ not. i h tñ standũ ẽ cõsuetudini ẽm Jnno. Et cui acqrat iste prior an priozatui vel monasterio maiozi. vide p Frede. cõsil. xxxiiij. vbi tenet q priozatui ex q̃ hz diuisam administrationẽ a monasterio qõ no. t vide ibi latius.

¶ De capellis monachoz t alioz religiosoz. ꝛica

¶ Supra visũ ẽ ô religiosis. Jtẽ de domib⁹ religiosoz in genere. nũc aũt subijcit in specie de domib⁹ religiosis seu capellis monachozũ. zc.

In Ecclesijs. Ad curam mõasterio subiectã nõ monachi ꝫ seclares clerici ꝑficiunt t epis subsũt. h. d. primo dictum. secũdo ampliat ibi. ita

Nota primo nō eē a iure improbatū vt monasteria habeāt certā parochiā cum cura animaꝝ. Secūdo nota q vbi monachi sunt in cōgregatiōe non ē pficiendus cure aliquis monachoꝝ sed clericꝰ secularis ꝛ videt hoc satis mirabile vt rōne cure exercende possit monachus eripi a monasterio ꝛ ecclie seculari pfici. vt in. c. ij. de sta. reg. ꝛ tū i monasterio habente populū monachꝰ curā populi exercere nō posset vt hic. Et que sit diuersitatis rō nullus tex. exprimit. iō variaꝝ intellectus huiꝰ. c. ꝛ dicēduz vt j. dicam cum glo. Itē nota q licet parochia spectet ad monasteriū nō tamē habet abbas liberā institutionē capellani sed de cōsilio ipius ꝛ cōuentus pficiendus est capellanus per epm. qō an sit veruz j. subiiciam. Itē nota ibi solius epi arbitrio. ꝛc. q habens gerere actū de cōsilio alicuiꝰ nō tenetur sequi illius cōsilium. vt in. c. dilecti. de arbi. ꝛ in. c. cum in veteri. de elec. vnde per inquisitionē cōsiliꝫ nō minus dicīt pendere actus a solo arbitrio ipiꝰ. Vltimo nota casum in quo clericus secularis licite instituīt in ecclesia regulari rōne. s. cure exercē. de monasterio cōpetenti non tñ faciet vnū collegiū cū regularibꝰ sed erit psonaliter beneficiatꝰ. arg. in c. fi. s. de sta. regu. alia vtilia nō possūt colligi. In glo. j. ibi de statu monachoꝝ sentit hic glo. tex. istū pcedere in casu. c. ij. de sta. regu. qō pfecto verum nō existit. qz tex. iste loquīt in alio casu videlicet in ecclesijs parochialibꝰ extra monasteriū nec indistincte pbentī ibi pfici. sed singulariter dūtaxat. iste tamē tex. ppzie loquīt in monasterio habēte parochiam distinctā. vt. s. dixi. vt patet in pn. huius. c. ideo potest fortiter opponi cōtra istū tex. naz si in ecclesijs secularibus pōt monachus pfici cure saltem habēdo sociū sui ordinis. vt in. d. c. ij. ꝛ. c. qō dei. fortius debet posse assumi ꝛ curā exercere in ppzio monasterio cū ibidem cōcurrat fauoꝝ ecclie ꝛ cura aiarum. ꝛ habeat nedum socium sed socios. Item magis obligaī monasterio suo q̄ ecclie seculari. q fortius ē censendus idoneus ad curam explicādā imminentem in ppzio monasterio q̄ ecclie foris site. So. cōtrariū ē difficile ꝛ difficultas maxime ex eo oritur qz nō habemꝰ in tex. rōnez decidendi sed ex sequentibus verbis glo. pñt elici duo itellectꝰ. ꝑzimus vt ꝓcedat littera in monacho nō instituto per epm quasi sentiat q si monachꝰ eligerē a populo parochie ꝛ instituerē p epm hoc licite posset attentari. Et nota hūc intellectū qz multū restringit istuz tex. in eo. q dicit de electione pū nō eē hic necessarium nisi patronatꝰ ecclie ptineret ad populū. vt no. in. c. querelā. de elec. ꝛ. c. massana. e. ti. Scōs intellectus q. c. ꝓcedit vbi ē monachoꝝ congregatio q̄si dicat q licet monachꝰ possit pfici cure ecclie prochialis secularis nō tñ vt in ppzio mōasterio vt ꝫ Que aūt pōt eē diuersitatis rō. Do. An. incidēter tangit ne notet diuersitas inter istos de cōgregatione. ꝛ ne monachꝰ habeat cām vagandi p prochiā ꝫ vltimū nō procedit qz eadē fortioz ē rō cū pficiī ecclie seculari. Sed tenendo primā rōnem videt inferendū ꝓtra ꝓcedentē lec. vt non sufficiat aliquem monachoꝝ pfici p epm ne notet diuersitas inter eos Sz ego nō possū ꝓcipere q ꝫ facilis rō sit sufficiēs ad impediendū priuilegiū tributuz cure. nā maioz videt indecētia vt monachus eximaī a mōasterio. ꝛ habitet inter seculares q̄ q existēs in monasterio exerceat curā noīe collegij. nam ꝛ in ecclijs secularibus ꝛ collegiatis videmꝰ q vnꝰ vel duo exercēt curā noīe collegij nec p ꝫ notaī diuersitas. qz is facit cuius noīe fit. vt in. c. cum qs. de sen. ex. li. vj. ꝛ i. c. cū venissent. de insti. ad pdicta vide Inn. i. c. cū nō ignores. s. ō preben. iō puto ꝫ. c. loqui p̄m iura antiqua ꝛ ꝓsiderato mero statu religioꝝ. nā regulariter mōachꝰ nō dz pfici cure etiā ecclie seculari ꝫ propter necessitatē fuit institutū q monachꝰ possit pfici. vt dixi in. d. c. qō dei. si ergo repiunī clerici seculares idonei nō debēt ipi monachi pfici. ꝛ ita ppzie dz intelligi iste tex. ꝫ in defectū secullariuz satis pōt sustētari primꝰ intellectꝰ glo. vt possit vnus eligi ex monachis qui instituī p epm. nā cura aiaꝝ nō est collata ipi collegio monachoꝝ cū sint ibi nō vt exerceant curā ꝫ vt regulariter viuāt. vñ cura ē potius ecclie ipoꝝ iō institutio dz fieri p eum ꝫ de consilio istoꝝ monachoꝝ. ꝛ rō phibitionis ē ulla ne habeāt mām vagandi ꝛ visitandi domꝰ mulieꝝ ꝓ cōfessionibꝰ ꝛ alijs. Et ex pdicti infero ad aliā qōnez nūquid monachi habeāt pñtare capellanū. aliq doct. sentiūt q sic. vñ intelligūt tex. q monachi pñtabūt ꝛ eps instituet ꝫ certe hec lec. ē aliena a mente ꝛ verbis littere. ꝛ iō dicerē q aut cura ptinet ad ecclīaz q̄ ē iurepatronatꝰ monachoꝝ. ꝛ tūc hz locuz q isti dicunt q ex patronatu cōpetit ius pñtandi. vt in. c. vnico. de iurepa. aut cura cōpetit ecclie eoꝝ qz monasteriū habet parochiā ꝛ tūc inhererē verbis huius lre vt eps habeat ibi institutionē capelle reqsito monachoꝝ cōsilio sufficit tñ requiri nec tenet sequi. Et ex his infero ad aliā qōnē nūqd i oibꝰ ecclijs mōachoꝝ hēat locū dispōhꝰ. c. ꝛ i ꝫ sūt varie opi. Quidam dixerunt vt refert Inno. q ꝓcedit in oibus ecclesijs pleno iure monasterio nō subiectis. xvj. q. ij. sane. ꝛ qō ibi no. in sūma. Alij q idē sit pleno iure dūmodo populus nō sit exemptus. Alij ꝛ tertio qñ mōasteriū ñ hz pfonatū ecclie. ipe vō Inno. firmat hāc regulā q vbicūq eps habet instituere quo ad curā populi semp depositio ptinebat ad eū sed p hoc nō apparet qñ institutio quo ad curam ptinet ad epm. dic ergo q vbicūq popul' prochie nō ē exempt' semp institutio q̄ ad curam ptinet ad epm nec institutus pōt p aliū remoueri. vt i. c. vno eo. ti. li. vj. ꝛ vide qō ibi le. ꝛ no. ꝛ vide qō dixi ō diuerso iure cōpetēti monasterijs in ecclijs secularibus. in. c. de monachis. s. de pben. Vltimo q̄rit nūquid valeat ꝓsuetudo ꝫ dispositionez hui. c. vt sic monachi possint p se exercere curā. Doc. exp̄sse nō tāgūt ꝫ ꝫmplicit dicit Jo. an. ꝫ. c. male seruari ō ꝓsuetudine sed credo consuetudinē valere. de quo videtur tex. a contrario in cle. ne in agro. §. ceterum. de sta. regu. licet glo. ibi aliter sentiat sed debet itelligi de iure cōmuni. hanc opi. reperio sentire Lau. ꝛ etiam Jo. de lig. in. d. §. ceterum. ꝛ tenuit Jo. an. in. d. c. statutum. de elec. li. vj. in nouella.

¶ E

